Datum Aschaffinburgo IIIJ° idus septembris, anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo primo.

693. *[Trier 1341 September 13].*

Erzbischof Baldewin an alle Christi Getreuen: schenkt Abt und Konvent des Prämonstratenserklosters Romerstorf *(Rommersdorf) zum Seelenheil seiner Vorgänger, Voreltern und seines Bruders Kaiser Heinrichs VII. sein Haus* in opido nostro Confluen(tino) in superiore parte vici *(nur* in vico *Orig.)* qui Holczschuergazse *(*Holtzschugazze *(*o *über* u*) Orig.)* vulgariter dicitur, super viam publicam, qua versus litus Moselle itur, ab una parte se extendentem. *Dafür sollen sie, solange er lebt, jährlich am nächsten Wochentage vor Mariae Magdalenen für ihn und seine Herde eine Heiligengeist-Messe, später an seinem Todestage eine Seelenmesse samt Vigilien* cum tapeto et candelis *lesen und ausserdem jährlich an Abt und Konvent des Prämonstratenserklosters* Arnstein *(A-n), von denen auch eine urkundliche Erklärung (unbekannt) darüber vorliegt, 2 Pfund Heller zahlen, die sie jederzeit mit in Immobilien oder Renten anzulegenden 32 Pfund Heller oder ebensovielen Schillinge Tourser Groschen abkaufen können.* Et si quibuslibet*; ohne Datum. — D 218, Entwurf zu der formal etwas veränderten und erweiterten, inhaltlich wenig abweichenden Urkunde bei Wegeler Die Prämonstratenser-Abtei Rommersdorf b 51 nr. 50 (vgl. Görz 83 Reg.) nach einem der 2 Originale in Koblenz, Abt. 162 nr. 235/236.*

694. *St. Germain en Laye 1341 September 29.*

König Philipp VI. von Frankreich ernennt Meister Rudolf Losse zu seinem Hausgeistlichen.

K 299[1]*). — Zur Sache vgl. Dominicus 387 f., Böhmer Acta nr. 1051. Der Notar Clavel hat auch die U. über das Bündnis Philipps mit Baldewin von 1341 Juli 30 (Orig. in Koblenz, Abt. 1 A I nr. 1091 a) geschrieben und unterfertigt, ebenso eine U. von 1342 Juli 13 (bei Morel La grande chancellerie royale et l'expedition des lettres royaux 1328—1400 S. 495, vgl. im allgemeinen S. 155 ff.).*

Philippus dei gratia Francorum rex dilecto clerico nostro magistro Rodol(fo) dicto Losse salutem et dilectionem. *1.* Litterarum scientia, morum honestas, vite laudabilis conversacio et alia virtutum dona, de quibus persona vestra apud nos multipliciter fuit insignita, merito nos inducunt, ut eandem personam vestram quam plurimis condignis honoribus attollamus. *2.* Hinc est, quod vos in nostrum honor(abilem) clericum recipimus ceterorumque nostrorum clericorum cumulo tenore presencium aggregamus ac privilegiis, franchisiis, libertatibus, graciis et honoribus nostris clericis concessis et quibus nostri in obsequiis nostris continue existentes gaudent et gaudere consueverunt, vos uti de cetero volumus et gaudere. *3.* In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus appendi sigillum.

Datum apud sanctum Germanum in Laya die XXIX[a] septembris anno domini M°CCC[mo] quadragesimo I°.

Per dominum regem ad relationem vestram[a]).

Clavel[b]).

1) *Ueberschr.:* Littera clericatus regis Franc(ie). + a) *danach L.s Glosse* s(cilicet) cancellarii. + b) *danach L.s Glosse* nomen notarii.

695. *St. Germain en Laye 1341 September 29.*

Derselbe erteilt Meister Rudolf Losse und anderen Familiaren Erzbischof Baldewins Geleit durch sein Reich.

K 300a, vidimiert in Nr. 695.

Ph(ilippe) per la graice de deu rois de France a tous noz justits et subgiez salut. *1.* Mastre Rodolf dit Losse clerc et concillier et pluseurs altres familiares de nostre treschier et ame cousin l arcevesque de Treves sont venuz et entendent a venir par devers nous et ont a convenir avec aucuns et pluseurs de nos conseilliers en divers lieux en nostre roiaume et dehors pour aucuns besongnes, qui nos touchent, pour lez quel poursuir nous leur avons octroie et voulons, qu il puissent entreir, venir et aler en nostre roiaume et dicellui issir toute foiz et ou mestier serait. *2.* Si vous mandons et moigno[n]s estroitement et a chaicun dedons, que ledit maistre Rodolf et touz aultres familiers de nostre dit cousin portans nos presentes lettres leur messme et leurs bienz vous laissiez et soufreiz venir de aler per vos iuriditions et estroiz par nostre roiaume et entrer et issir en icellui senz empeschement et arast aucun et a iceulz et a chacun deulz balliez et faites baillier bon et seur conduit toutefoiz, que il vous en requieront, et ne soufreiz, que aucun empeschement ou arrast en corps ne en biens leur soient faiz, maix leur souffreiz et laissiez porter per et hors de nostre dit roiaume toutes manires de mo[n]noies[a]) dor et argent neccessaires pour leurs despens et autres necessiteis pour les dites besongnes poursuir.

Donn(e) a Sainct Germain en Laye le XXIX[e] jour de septembre l an de graice mil CCC quarante et un.

Iacobus.

a) monoies.

696. *[Trier] 1341 Oktober 16.*

Der Offizial der Trierer Kurie vidimiert Nr. 694.

K 300[1]).

Nous .. officialz de la court de Triêves faisons cognoiscent a tous, que nous l an de grace nostre signour mil troys cens et quarante un lou mardi devant feste sainct Luc ewangeliste veimes, teinimes et de mot en mot leumes une lettres sainnes et entieres, non reizes, non quaisseies, non coroumpnes ne en aucune partie dicelles malmizes saelees dou vrai seel, dou queil elle se dient estre seeleies, des queilez li tenour est teile: Ph(ilippe) — Iacobus.

1) *am Rande:* Conductus regis Francie et deportatio pecunie et copia.

697. *Trier 1341 Dezember 3.*

Jakob Daniels Sohn, Jude und Banquier Erzbischof Baldewins, quittiert dem Rudolf Losse die Rückzahlung des Restes der ihm für eine Reise nach Frankreich gezahlten Summe.

K 301[1]). — *Die hier erwähnte kaiserliche Gesandtschaft ist kaum diejenige, die im März 1341 zu dem französischen Bündnis (Nr. 669) führte (vgl. Müller II 155). Eher muss an Rudolfs erste Botschaft nach Frankreich im Juli des Jahres (vgl. Nr. 689) gedacht werden; freilich ist bisher nichts davon bekannt, dass damals auch kaiserliche Gesandte nach Paris gegangen wären. Zum zweiten Male weilte Rudolf im September bei König Philipp (vgl. oben Nr. 694 f.).*

Ego Iacob Danielis Iudeus Treverensis receptor et distributor domini mei Treveren(sis) recognosco publice in hiis scriptis michi per honorabilem virum dominum magistrum Rodol(fum) dictum Losse clericum familiarem domini mei Treveren(sis) nonaginta sex scudatos aureos et III grossos esse restitutos de centum et viginti scudatis, quos sibi ex parte domini mei Treveren(sis) tradideram, dum prima vice iret cum ambassiatoribus domini imperatoris in legacione ad .. regem Francie, de quibus pecuniarum summis ipsum acquito presentibus litteris mei appensione sigilli firmiter roboratis.

Datum Treveris die tercia mensis decembris anno domini M°CCC°XLI°.

1) *Ueberschr., die sich auch auf die beiden Nrr. 698 f. bezieht:* Quitancie.

698. *Trier 1341 Dezember 3.*

Derselbe quittiert demselben über die Rückzahlung eines Darlehens.

K 302[1]).

Ego Iacob Danielis Iudeus Treverensis receptor et distributor domini mei Treverensis recognosco publice in hiis scriptis michi per honorabilem virum dominum magistrum Rodol(fum) dictum Losse clericum familiarem domini mei Trever(ensis) de viginti IIII regalibus aureis sive de triginta solidis grossorum Thuronen(sium), quos sibi in Treveri mutuaveram, pro quibus michi certos .. fideiussores dederat, dudum esse plenarie satisfactum et ipsum dominum Rodol(fum) de huiusmodi pecunie summa acquito per presentes meo sigillo appenso munitas.

Datum Treveris die tercia mensis decembris anno domini M°CCC°XL primo.

1) *Ueberschr. siehe bei Nr. 696.*

699. *Trier 1341 Dezember 3.*

Derselbe quittiert demselben über die Rückzahlung eines Darlehens.

K 303[1]).

Ego Iacob Daniel(is) Iudeus Trever(ensis) receptor et distributor domini mei Trever(ensis) recognosco publice in hiis scriptis michi per honorabilem virum dominum magistrum Rod(olfum) dictum Losse clericum familiarem domini mei Trever(ensis) de tribus libris grossorum Thuronen(sium), quas sibi ad supplicacionem meam dictus Ulner civis Trever(ensis) in Frankifort in nundinis ibidem mutuaverat, cui de hiis satisfeci, dudum esse plenarie satisfactum et ipsum dominum Rodol(fum) de huiusmodi pecunie summa acquito per presentes meo sigillo appenso munitas.

Datum Treveris die III[a] mensis decembris anno domini M°CCC°XLI°.

1) *Ueberschrift siehe bei Nr. 696.*

700*. *1341 Dezember 22.*

Erzbischof Baldewin für Kloster Marienthal. ***K 515****; van Werveke II nr. 384.*

701. *[1341 ?].*

Juristisches Gutachten über Aussagen in einem Prozess zwischen (?) Bartholomeus dictus Monze *(Mouze?) und* Petrus de [No]viant, *der dem* dominus Ar(noldus?) Lupi *für 16* ame vini *12 Pfund bezahlt haben soll. —* ***D 210****, Entwurf. Auf gleichem Blatte wie Nr. 668 nachträglich, aber kaum viel später, geschrieben.*

702. *Rossdorf 1342 April 10.*

An den ehrbaren Herrn Rudolfus de Werth(eim) *Archidiakon von Würzburg* (Erbipolensis) Rudolfus dictus Losse *Pfarrer der Mutterkirche in* Sleyta *(Schleid): präsentiert für die Tochterkirche in* Geysa *(Geisa), die durch den Tod des letzten Rektors oder Kaplans Herrn* Henricus *offensteht, den Priester* Iohannes de Sleitsburg *Ueberbringer Dieses und bittet, denselben mit der Seelsorge zu investieren.* Ad ecclesiam — D. Rostrof *(!)* a. dom. *1342.* feria *4.* post dominicam ‚Quasimodogeniti' meo proprio sub sigillo. — ***K 305****.*

703. *[Grossen-]Lupnitz 1342 April 12.*

An den ehrbaren Herrn Elyas *Propst von* Monasterium Meynefelt *(Münstermaifeld)* Rudolfus dictus Losse *Pfarrer der* infra terminos eiusdem prepositure *liegenden Kirche von* Kerne *(Mosel-Kern): präsentiert ihm für die durch den Tod des jüngsten Vikars Herrn* Nycolaus *offenstehende Vikarie seiner Kirche seinen lieben Kleriker* Henricus de Kutzleibin *und bittet denselben zu investieren sowie mit der Seelsorge und der Hut der Reliquien zu betrauen.* Honorificencie vestre — D. in Luppenze sub sigillo meo presentibus appenso die XII. mensis aprilis a. dom. *1342.* — ***K 313****.*

704. *[um 1338—1342] April [16—22].*

Konrad, pfalzgräflicher Notar in Kaub, meldet dem Zollschreiber Dithmar in Ehrenfels den Transport verschiedener für die Burg Pfalzgrafenstein bestimmter Baustoffe.

Unbesiegeltes Orig. (durchstrichen) in München Mainz Fasz. 175 = Erzstift Fasz. 143 b. — Die Nrr. 704, 722, 727—729 gehören zu der Registratur des Zollschreibers Dithmar, von der ein grosser Teil, wohl an 100 Stücke, erhalten ist (vornehmlich im Bestand von St. Alban Fasz. 20—26, einiges auch Erzst. Fasz. 83 a, 143 b, Domkapitel Fasz. 89, Nachtr. Fasz. 25, 29), meist Passierscheine des Erzbischofs Heinrich von Mainz für Schiffslasten mit Korn, Wein, Holz, Mist u. a. oder entsprechende Quittungen der vom Zoll Befreiten — es giebt für die Jahre 1340—42 einen Rechnungsauszug über diese Posten (ebenda St. Alban Fasz. 23 —, aber auch Quittungen über Geldbeträge, die auf die Zolleinnahmen angewiesen waren. Die Mehrzahl dieser Urkunden ist datiert — von ihnen steht ein kleiner Teil bei Sauer IIIa —, womit sich auch die undatierten einigermassen zeitlich bestimmen lassen. Dithmar scheint erst seit 1338 bezeugt (vgl. Sauer nr. 2114). Zuletzt kommt er 1342 September 21 in Frankfurt vor als Bürge des Erzbischofs Heinrich für eine dem Frankfurter Konrad von Löwenstein am Zoll in Ehrenfels angewiesene Summe (Orig. St. Alban Fasz. 26). Sein Nachfolger Ludwig ist seit dem 17. Januar 1343 bezeugt (Sauer nr. 2292). Damit ist die Einreihung auch der undatierten Stücke, die bei Nrr. 702 und 719 durch Tagesangaben noch etwas näher bestimmt ist, umschrieben. — Den Schreiber der Nrr. 702 und 719 kenne ich noch aus seiner Urkunde von 1333 April 26 (Orig. Wiesbaden, Kl. Eberbach) und aus einem Notariatsinstrument von 1344 Juli 16 f. (München Mainz Erzst. Fasz. 87). Der Pfalzgrafenstein ist 1327 bereits im Bau gewesen (vgl. Nr. 185 = Const. VI nr. 318). Die beiden, zweifellos jüngeren Briefe zeigen aber, dass er nicht schon damals vollendet war, wie F. Luthmer Die Bau- und Kunstdenkmäler des Regierungsbezirks Wiesbaden V (1914) 64 annahm.

Dith(mare)! *1.* Scias, quod .. exhibitor presencium ducit C et L[X] bůden calicis ad structuram dominorum meorum ducum in Kuba pertinentes. *2.* Item Goczo famulus meus nuper duxit CXXV bůden calcis et magister Kern. deduxit ligna pro XXV libris H(allensium) empta, que omnia spectant ad structuram dominorum meorum in Kuba. *3.* Insuper quidam nauta ducet breviter undecim M gebakenstein de Spira. *4.* Item magister Kern iterum ivit ad silvam dictam Gewalt et comparabit ligna pro XL libris H(allensium) vel ultra. *5.* Item Hermannus de Bunna famulus domini mei .. comitis de Verneburg ad preces meas ducit in navi domini .. de Virneburg predicti LX kragstein et XXXVI bortt(en) magna, qui omnia ad structuram dominorum meorum ducum in Kuba sunt comparata.

Scriptum in Kuba sabbato ante Georgii. Sit manus pro sigillo, quia sigillum meum perdidi.

Conr(adus) notarius in Kuba.

705. *1342 April 28.*

Propst Reynhardus, *Aebtissin* Konegundis *und der Konvent des Nonnenklosters in* Aldindorf *(Allendorf) bei* Frankensteyn *verkaufen dem ehrbaren Herrn Meister* Rudolfus dictus Losse *Stiftsherrn von Karden und dessen Bruder dem Knappen* Hermannus *für bereits gezahlte 12 Mark reinen Silbers auf ihre Lebenszeit jährlich 20 Malter Hafer nach Eisenacher Mass, die sie ihnen im September zu Michaelis in ihrem Hause in* Ysnaco *(Eisenach) auf eigene Kosten und Gefahr abliefern sollen von ihren Dörfern* Unkenrode *(Unkeroda),* Nenzelsdorf *(wüst) und* Stroforthe *(wüst), nötigenfalls auch von anderen Besitzungen des Klosters; beiden Brüdern wollen sie immer in ihren Geschäften behülflich sein; für deren Erben aber gilt dieser Vertrag nicht. Siegler: Propst und Konvent.* Actum et d. a. dom. *1342. 4.* kal. may. — ***K 307.***

706. *Eisenach 1342 April 29.*

Die Brüder Rodol(fus) dictus Losse *Stiftsherr von Karden und* Herm(annus) *Knappe verzichten zu Ehren des Heilandes und der Jungfrau Maria, denen das Kloster* Aldendorf *(Allend-) geweiht ist, auf alle ihre Ansprüche und Rechte auf die Güter und Gerechtsame der Dörfer* Unkenrode *(Unkeroda),* Nenczelsdorf, Stroforte *und* Wolfesberg *(Wolfsb-), um dem Kloster in seinen Geschäften gefällig zu sein. Siegler: die Aussteller (die verletzten Siegel zeigen nach fast gleichen Stempeln das nach rechts gewandte Brustbild eines Geharnischten, mit federgeschmücktem Hut; unten ist von der Unterschrift beider noch* vs *erhalten).* D. Ysnaci feria secunda ante festum beatorum Phil(ippi) et Iacobi apostolorum a. dom. *1342. Zeugen: die Herren Meister* Bertoldus de Lacu, *der Aussteller Blutsverwandter Ritter* Gotfridus dictus Schindekoph, *Herr* Lutigerus dictus Hopphensag, Hartungus dictus Pinkernail *und* Iohannes de Warza *Eisenacher Bürger.* D. ut supra. — *Orig. in Gotha, Abt. QQ I[a] nr. 143.*

707. *Aschaffenburg [1342?] Juni 6.*

Konrad, Scholastikus von Aschaffenburg, schreibt an Otto von Nassau in persönlichen Angelegenheiten.

Orig. (auf Papier, mit Siegelschnitten, aufgeklebt) in Mainz Stadtarchiv, Kasten Aschaffenburg des Altertumsvereins, = Kindlingers Abschriften in Münster, II 136 S. 69 nr. 2. — Ein erzbischöflicher Aufenthalt zu Aschaffenburg am 6. Juni passt, so viel sich sehen lässt, nur 1342 ins Itinerar (Schunck Cod. 259); in diesem Jahr ist Heinrich auch am 21. Juni in Bingen (E. Vogts Apparat der Mainzer Regesten). Konrad wurde Scholastikus von Aschaffenburg nach dem Tode seines Vorgängers (1341 März 14); am 28. Juni 1344 als Propst von St. Moritz in Mainz bestätigt (A. Amrhein Die Prälaten und Canoniker des vormaligen Kollegiatstifts St. Peter und Alexander zu Aschaffenburg [1882] 103), nahm er den Titel dieser Dignität an (vgl. z. B. Sauerland III nr. 703, 993).

Domine Otto Sarr(....)[a]) socie et amice mi dilecte! *1.* Noveritis, quod dominus meus ibit Pyngw(iam) et ego cum ipso et tunc redibo Assch(affenburg) et circa festum beati Iohannis recedam transeundo montem sancti Ruperti. Unde, si vultis venire, vobis nunciabo, ut saltem unum diem pro nobis habere valeamus. *2.* Ceterum rogo, ut quantocicius poteritis, michi VIII regales versus Assch(affenburg) transmittatis, et si ego ibi non fuero, tunc domino Alberto presentari faciatis. *3.* Et si potestis habere illas tres libras H(allensium) a domino Theoderico de Margburg, sicut nuper michi retulistis, eas michi eciam transmittatis, quia exilium semper sitit. *4.* Item rogo, ut michi scribatis, si videritis asinum meum et in quo statu existat.

Datum Assch(affenburg) ipsa die corporis Christi.

Per Conr(adum) scol(asticum) Assch(affenburgensem).

Rückwärts: Honor(abili) viro domino Ottoni de Nassowe socio et amico suo dilecto.

a) *dazu am Rande* Sarepontine *sicher irrig Kindlinger.*

708. *1342 Juni 17.*

Rudolfus de Wertheim *Archidiakon von Würzburg verkündet, der bescheidene Priester* Iohannes dictus Engelhelm *habe versprochen, dem ehrbaren Meister* Rudolfus dictus Losse prothonotarius *Erzbischof Baldewins, Rektor der Pfarrkirche zu* Sleyta *(Schleid) von den Einkünften der Vikarie derselben zu den gewohnten Terminen in alten guten und gängigen Hellern oder in dicken Thurnosen entsprechenden Wertes Rechnung zu legen, und habe anerkannt, dass bis zum nächsten Walpurgistage (1343 Mai 1)* Henricus dictus de Celle wicarius *bleibe. Siegler: auf Bitten Johanns der Aussteller mit dem Siegel seines Archidiakonats.* D. a. dom. *1342.* feria *2.* post diem beati Viti martyris. — ***K 311.***

709. *Avignon 1342 Juli 2.*

Papst Klemens VI. an den Propst von St. Marien in Palatiolum *(Pfalzel), den Thesau[ra]rius von St. Kastor in Koblenz und den Scolasticus von St. Symeon zu Trier: befiehlt ihnen, den armen Kleriker Trierer Diözese* Lambessonnus Symoneti de Yvodio, *der ihn persönlich um eine Pfründe gebeten hat und den er selbst auf seine Kenntnis der Schriften (*litteratura*) hat prüfen lassen, nach Untersuchung seines Lebenswandels, falls er nicht schon eine andere Pfründe besitzt, zu der nächsten vakanten, seinem Verdienste entsprechenden und gewöhnlich einem Weltgeistlichen verliehenen, von Dekan und Kapitel der Kirche von St. Paulin ausser den Mauern von Trier zu vergebenden Pfründe in der Diözese Trier zu providieren und, wenn es sich um eine Kollegiatkirche handelt, zum Stiftsherrn aufnehmen zu lassen ohne Rücksicht auf andere Expektanzen, unter der Bedingung, dass er in vorgeschriebener Zeit die Weihen empfange und persönlichen Aufenthalt nehme; alle übrigen auf seine Provision bezüglichen päpstlichen oder sonstigen Briefe (unbekannt) und Zusagen sollen ungiltig sein; nicht gilt diese Verleihung für Pfründen* in cathedrali ecclesia, *für mehr als 15 Mark Silbers einbringende Pfründen von Kollegiatkirchen oder andere ohne Seelsorge und für mehr als 20 Mark tragende Pfründen von Pfarrkirchen oder andere mit Seelsorge; der Ertrag der Einkünfte soll geschätzt werden,* prout de illis secundum taxacionem vel alias pro decima est amplius persolutum; *L. kann mit der Pfründe, auch wenn sie tatsächlich hinter diesem Ansatz zurückbleibt, providiert werden, falls er sie spätestens einen Monat, nachdem ihm die Vakanz bekannt geworden, annehmen will; Dekan und Kapitel von St. Paulin dürfen in der Zeit zwischen der Bekanntmachung dieser Provision und dem Empfang der Pfründe über dieselbe nicht verfügen; allen befohlenen Massregeln muss mindestens einer der Adressaten beiwohnen.* Constitutus in presencia — D. Avinion(e) *6.* non. iul. pont. n. a. *1.* — ***D 80*** = *Sauerland III nr. 1135 Reg.*

710. *1342 Juli 18.*

Der Offizial der Trierer Kurie bekundet, dass Nikolaus von Püttingen Domherr und Johannes von Luxemburg Stiftsherr von St. Simeon in Trier über den Nachlass des Nikolaus von Metz Kantors von St. Simeon Rechnung gelegt haben. D 233[1]). — *Besondere Aufmerksamkeit verdient das Bücherverzeichnis.*

1. Nos officialis curie Treveren(sis) notum facimus universis presentes litteras visuris, quod anno domini M°CCC°XLII° die XVIII[a] mensis iulii honorabilis vir dominus Nych(olaus) de Pittinga canonicus ecclesie Treveren(sis) ac Iohannes de Lutzillinburg canonicus ecclesie sancti Symeonis Treveren(sis) executores testamenti seu ultime voluntatis quondam discreti viri magistri Nycholai de Metis advocati olim iamdicte sancti Symeonis ecclesie canonici et cantoris presenciam accedentes reverendi in Christo patris et domini nostri domini Bald(ewini) sancte Treveren(sis) ecclesie archiepiscopi domino Gerhardo de Bastonia predicte sancti Symeonis ecclesie canonico eiusdem domini Trever(ensis) capellano nomine ipsius domini nostri Trever(ensis) recipienti et eius commissario in hac parte racionem seu conputacionem fecerunt et in scriptis[1]) tradiderunt de bonis a dicto defuncto relictis ac per ipsos executores repertis et apprehensis facta quidem coram predicto domino Gerardo conmissario collacione inventarii de bonis huiusmodi per ipsos ordinati[1]) ad exposita et necessarie expositura in negocio execucionis memorate. *2.* Inventum est secundum eorum computacionem et scripturas[1]), quas penes nos retinuimus, ipsos executores ultra reperta per eos in hoc casu exposuisse et exposituros esse alios non facturos sexaginta lib(ra) et viginti quinque denar(ios) Treveren(sium) denar(iorum). *3.* Et tum restarent levanda quedam credita per dictum defunctum certis personis registrata ad summam centum quinquagintatrium librarum et quindecim denariorum dicte monete, de quibus tamen recuperandis et habendis spes modica habetur. *4.* Et eciam[a]) libri infra notati, qui bono modo iuxta valorem eorumdem vendi non possunt. Quorum librorum nomina [seu][b]) tituli sunt hii: Decretales[2]), glose super decretis[3]), cuestiones super decretis[4]), glose super Clementinis[5]), casus Roberti super iure canonico[6]), repertorium super decretis[7]), liber magistri Petri de Basona[8]), repertorium magistri Geardi[c]) Duranti[9]), lectura domini Iacobi de Belviso[10]), secunda pars casuum compositorum a domino Viviano super Inforciato[11]), libellus compositus a domino Ryfredo Boniventano[12]), liber magistri Brocardi[13]), constituciones domini Symonis cardinalis tituli sanct[e][d]) Cecilie[14]), summa magistri Iohannis de Areis[15]), libellus fugitivus compositus a magistro Nepotis[16]), ordo iudiciarius[17]), liber ewangeliorum[18]), constituciones domini Gregorii pape decimi[19]), libellus compositus a domino Roffredo Boniventano[12]) et plures alii libri in uno volumine, item alii libri, quorum nomina seu tituli[e]) ignorantur, item liber Sextus et liber Inforciati[20]), qui fuerant dicto defuncto inpignorati. *5.* Antedictus dominus noster ipsis indulsit executoribus, ut in creditis huiusmodi, dum ea consequi et de valore dictorum librorum, si et quandocumque eos vendere

poterunt, resumant id, quod ultra reperta exposuerunt, et residuum in salutem anime dicti defuncti convertant, super quo ipse dominus noster conscienciam dictorum executorum duxit onerandas, quem ad modum premissa omnia et singula nobis per amicos domini nostri supradicti eo mandante sunt <re sunt> relata. *6.* In quorum premissorum testimonium sigillum dicte curie de mandato speciali domini nostri antedicti hiis litteris duximus apponendum.

Datum anno domini et die prenotatis.

I) *Ueberschr.: [...]* seu recognicio *(oder* sentencia recognicionis*)* post testamentum. + a) *davor* et *und nachgetragenes* li *getilgt, dahinter* libri *nachgetragen.* + b) *fehlt.* + c) *lies* Guilelmi. + d) sancti. + e) *aus* titula *korr.*

1) *unbekannt.* ∞ 2) *wohl der Liber Extra; vgl. v. Schulte II 7.* ∞ 3) *nicht feststellbar.* ∞ 4) *Questiones (der Gegenstand wird nicht erwähnt) gab es von Martinus de Fano (vgl. v. Schulte 139) und Jacobus Monachus (l. c. 171).* ∞ 5) *ob des Johannes Andreä Apparatus ad Clementinas (l. c. 217)?* ∞ 6) *unbekannt.* ∞ 7) *vgl. vielleicht v. Schulte 491.* ∞ 8) *unbekannt.* ∞ 9) *vgl. v. Schulte 152 ff.* ∞ 10) *Lectura zu den Authentica und den Libri feudorum; vgl. v. Savigny VI² 63 ff.* ∞ 11) *Vivianus Tuscus, Casus in Infortiatum; vgl. v. Savigny V² 339, 347 f.* ∞ 12) *des Roffredus Epiphanii von Benevent Libelli de iure canonico; vgl. v. Schulte 76 ff.* ∞ 13) *vielleicht die Brocarda des Bartholomaeus Brixiensis; vgl. v. Schulte 84.* ∞ 14) *Konstitutionen des Simon Mompitius von Brie, Kardinalpriesters von St. Cäcilia (1261—81), nachmaligen Papstes Martin IV. (1281—85), sind sonst unbekannt.* ∞ 16) *Libellus fugitivus seu pauperum des Nepos de Montealbano; vgl. v. Savigny V² 502 ff.* ∞ 17) *von den verschiedenen Werken dieses Titels (vgl. v. Schulte I 203 ff., II 85 f., 141 f.) wohl das anonyme, das früher dem Johannes Andreae zugeschrieben wurde; vgl. l. c. 225.* ∞ 18) *das neue Testament.* ∞ 19) *vgl. v. Schulte 31, 505.* ∞ 20) *der 2. Teil der Digesten.*

711. *Beckingen 1342 Juli 22.*

Albertus *Pfarrer von* Nalbach *(N-ch) verpachtet dem ehrbaren Herrn Meister* Rudolfus dictus Losse *und dem* Egidius *Dekan des Landkapitels von* Marcetum *(Merzig) von heute auf 2 Jahre seine Kirche zu* Naylbach *unter Vorbehalt der Ernte dieses Jahres von der* dos *der Kirche, soweit er sie selbst bestellt hat, doch unter Verzicht auf die der Pachtzeit folgende Ernte von der* dos, *falls die Pächter sie vorher bestellt haben; die Pachtsumme beträgt 30 Pfund geläufiger, guter und rechter Trierer Denare, die zur Hälfte bereits bezahlt sind, zur anderen am nächsten Jahresanfang bezahlt werden sollen; die Pächter verpflichten sich, die Kirche zu versorgen, die Lasten zu tragen, Dispens von der Residenzpflicht zu erlangen und den entfremdeten Besitz sowie die* dos *möglichst herzustellen. Siegler: auf Bitten des Ausstellers der Offizial der Kurie des Trierer Archidiakons.* D. in Beckingin in die beate Marie Magdalene a. dom. *1342.* — ***K 309a.***

712. *[Beckingen 1342 Juli 22].*

Rudolfus dictus Losse *Kleriker des* dominus Treverensis *und* Egidius *Dekan des Landkapitels von* Marcetum *(Merzig) melden, dass sie die Kirche zu* Nahilbach *(Nalb-) von deren Pfarrer Herrn* Albertus *unter den in dessen eingerückter Urkunde (Nr. 711) enthaltenen Bedingungen gepachtet haben. Siegler: die Aussteller.* D. loco, a. et die predictis *(= Nr. 711).* — ***K 309.***

713. *Trier 1342 Juli 25.*

Ritter Iohan von Randecke *und Knappe* Gerhart von Bolar *entscheiden als Schiedsrichter zwischen ihrem Herrn Herrn Erzbischof* Baldewin, *der die Kirche zu* Kerne meyster Rodolff Lossen sinem paffen *und dem* strengen *Ritter Herrn* Frideriche Brenner, *auf dessen Bitte sie der ehrsame Herr* Elyas *Propst zu* Monster Menevelt *(Münstermaifeld) gleichfalls verliehen hat, nach Rechtsweisung der Ritter Herren* Iohan *und* Eberhart vomme Steiine, Ebirhart von Stromberg, Emerich von Merkisheim, Fritz Wale von Waldecke *und anderer auf Grund der vorgelegten* brive und kuntschaften *zugunsten der Vergebung durch Baldewin.* Dis sprechin han wir gedan und gesprochen zu Triere uf sente Iacobis dage des heiligen aposteln, do man zalte nach Cristus geburte dusent druhundert iar und dar nach in dem zwey und vyrzigesten iare und antwerten dise uffe besigelt mit unser beider ingesigele. — *Orig. mit 2 hängenden Siegeln in Koblenz, Abt. 1 A nr. 1138 b = Günther III a nr. 286.*

714. *Trier 1342 August 10.*

Der Knappe Gerhardus de Triis *nimmt von Erzbischof Baldewin ausser seinem Hof und Haus zu Treis und seinem übrigen Besitz* inter duas ripas videlicet Flume *(Flaumbach)* et Dime *(Deimbach)* vulgariter nuncupatas, *die er schon als Lehen der Burg Treis besitzt, als Wohltat für viele Förderung auch noch sein Eigengut über dem Flaumbach-Ufer zu einfachem Lehen, nämlich seinen Garten mit Fischteich, einen Weingarten* in loco dicto an den kaderacten *und einen anderen darüber. Siegler: der Aussteller und, auf dessen Bitte, Knappe* Conradus (Cono) de Conczich (Kunczich). D. Treveris die X[a] mensis aug. a. [dom.] XLII. — ***D 234**, Entwurf, zu ungefähr gleichen Teilen von 3 Schreibern herrührend, deren zweiter L. ist; Abschr. in Koblenz, Balduineum II nr. 1081 = I nr. 1072 (**B**).*

715. *1342 September 2.*

Henricus dictus Natan de Geysa *Vikar* trium Magorum *zu St. Bartholomeis in Frankfurt und* Nycolaus de Cronenberg *Vikar der Kirche von* Sleytha *(Schleid) verbürgen sich bei dem ehrbaren Herrn Meister* Rodolfus dictus Losse *Pfarrer von Schleid für die Leistung des ihm von der Kirche zu* Geysmar *(Geism-), Filiale von Schleid, jährlich an bestimmten Terminen in guten Fuldischen Denaren, guten alten Hellern oder in gleichwertiger guter Münze zu zahlenden Zinses durch Herrn* Conradus dictus Nathan *Pleban von Geismar gemäss einem Briefe die Bischofs von Würzburg (unbekannt); ferner verspricht Nycolaus, dem Rudolf in Sachen der ihm übertragenen Vikarie von Schleid* in licitis et honestis *gehorsam zu sein und die gehörige Abgabe in der oben erwähnten Währung zu leisten, wofür sich wiederum Heinrich Natan verbürgt; endlich versprechen beide, den Herrn* Henricus *zur Zeit Herrn Rudolfs Kaplan während dieses ganzen Jahres, da er Herrn Rudolfs Kaplan ist, nicht zu belästigen und ihm seine Ausgaben für Bauten auf dem Kirchengrund gemäss dem Briefe Rudolfs (unbekannt) zu erstatten, überhaupt dessen Nutzen nach Kräften zu fördern; jede Uebertretung dieses Vertrags sollen sie mit je 20 Mark reinen Silbers büssen. Siegler: die Aussteller.* D. die II. mensis sept. a. dom. *1342.* — ***K 308.***

716. *1342 September 2.*

Johann von Falkenstein schreibt dem Erzbischof Baldewin über den Zwist zwischen Johann von der Leyen und seiner Stiefmutter Mechthild.

Orig. in Koblenz, Abt. 1 A I nr. 1144.

Eyme vortzůme herren und vader in goyd mime herren van Trierin inbiden ich Iohan van Valkinsteyn minen schuldigen dinest zů allin ziden. *1.* Herre, wizt, als van der ainspragen, di Henrich van der Leygen dede vůr ych as van syner styefmůder vraůwen Mechtolde, dat ich hire hatte doin dagen bit minen mannen, dat si Heynriche antwerde vůr mir zů Bettingen. *2.* Da leyste si hiren dach und Heynrich somde den dach und dat urkond vraůwe Mechtolt ain mich und ain mine man und were als rechtz gehorsůme hyeme da gewesten, wy si mine man gewisten hettin, id is zů wissen hern Iohans des alden herren bruder, was van der Veyls, des herren van Hain her Diderichs Swinden van Reterstorf, her Heynrichs van Bydeburch, Henrichs van Byveyls, Iohans van Eytscheit und Ludichs gebruder, Iohans Primen, hern Thillen Ettin, her Laůdolfs und Thilkins in deme marte zů Bydeburg, Iohans Scheyllartz, Iohans Cremen[a]), Welters Durren, Wilkins, Sanderg, Clays an der Linden. *3.* Vort me wart si mich wail sicher, also as mine man wisten, ar Heynrich oder eman si vort vôlde ain sprechin, dar si hyeme vôlde vor mir und minen mannen recht doin, und dar umb biden

ich uch, dat ir hire willet hir gelt geyn, wand ich geloyfen uch in guden truwen vůr si, dat si Heynriche als rechtz vůr mir und minen mannen gehorsůme is. *4.* Und dis zů urkonde han ich Iohan van Valkinsteyn min sigil ain disen brief gehangen, der geven wart, dů man zalte von goytz geburde dusent drů hondert und zwey und vertzich iair, des mayndagis na sancte Paůlines dage.

a) *oder* Creinen, o *über* m *oder* i.

717. *1342 September 29.*

Propst Reinhardus, *Aebtissin* Kunegundis, *Priorissin* Katherina *von* Aldendorf *(Allend-) verkaufen dem bescheidenen Meister* Rudolfus dictus Losse *und seinem Bruder* Hermannus *für bereits* in civitate Ysnacensi *gezahlte 16 Mark reinen Silbers die* vronewese in campis ville Unkenrode *(Unkeroda), deren erstes Gras sie auf eigene Arbeit und Kosten sammeln und den Lossen nach Eisenach anfahren sollen, während diese das Mähen und Breiten selbst zu besorgen haben; vom nächsten Walpurgistag über ein Jahr dürfen sie die Wiese zum gleichen Preise zurückkaufen, so zwar dass, falls sie das nicht vor jenem Tag tun, die Käufer das erste Gras des folgenden Jahres, falls sie es aber bis zu diesem Tage einschliesslich tun, sie selbst die Ernte erhalten. Siegler: Propst und Konvent. Zeugen: die bescheidenen Bürger von Eisenach* Henricus Necklo, Har(tungus) Pinkernail *und* dictus Bothe. D. a. dom. *1342.* in die sancti Michaelis archangeli. — ***K 312.***

718*. *Trier 1342 Oktober 2.*

Erzbischof Baldewin für Hilfsbischof Daniel und Archidiakon Boemund von Trier. ***K 162 a****; aus dem vatikan. Register zuletzt: Sauerland III nr. 70 b. Bessere Lesarten: S. 28* inceperit, *c. 1* exhibebimus, *c. 5* prestabimus, quibuscumque, *c. 9* sciencia, sentenciis *(fehlt nicht)* atque penis si quas, *S. 33* Wiszense, Ditmaro, magistris; *Schluss vollständig:* notarius, quia premisse procuratorum constitucioni et ordinacioni et aliis suprascriptis, dum sic fierent, una cum prenotatis dominis et testibus presens interfui, de ipsis presens instrumentum publicum confeci, quod propria manu conscripsi meoque signo consueto apposito consignavi de mandato supradicti domini archiepiscopi et per ipsum cum instancia requisitus anno, die, mense, hora, indictione, pontificatu et loco superius annotatis.

719. *1342 Oktober 7.*

Der Blidenmeister Heinrich von Kirchhain gelobt, den Erzbischof Baldewin zu meiden und nichts wider ihn zu tun.

Orig. mit hängendem Siegel in Koblenz, Abt. 1 A I nr. 1146 b.

1. Ich Henrich von Kircheim der blydenmeister dun kunt allen luden, wan der hochgeborne fůrste min herre erczebischof Baldewin von Trire mir erloybet hat und gan von sinen gnaden, daz ich moge ryden, gan und stan, wanen, varen und wandern in sime lande und steden uber al, da ich zu tune hette, so han ich globet und mich verbůnden, daz ich nummer sal komen an die herberge, da min vorgenante herre von Trire ist, noch bie sinen liip noch an sin gesichte. *2.* In welicher gaszen oder straze oder anderswa, da ich sin gewar werde oder anders verneme, da er were, da sal ich zu hant umbe keren und sinen weg vermieden, also daz ich ieme nicht begeynen sal noch bie en nicht komen, iz enwere danne mit sinem wiszentlichen urloube. *3.* Ich en sal ouch nummer gedun, sprechen noch schaffen, daz dem selben mime herren von Trire oder den sinen bose, hynderlich, missewendig oder schedelich mochte sin, mit worten oder mit werken in keynerhande wiis, sunder ich sal mich von minem vorgenanten herren beloben alles gudes, war ich landes varen, und sal sin beste werben. *4.* Alle dise vorgeschribenen stucke

han ich globet in guden truwen und dar zu zu den heiligen gesworn, stede und veste zu haldene ane allerhande argelist. Und wa ich da wider tede, so han ich gewillekort und willen an disem brive, daz man griffen moge an minen lip und an min gut ane alle widersprache und hindernisse und moge da mite dun zu alle mines vorgenanten herren von Trire willen. 5. Zu urkonde und stedicheit aller diser vorgeschribener stücke, wan ich selber nicht ingesigels en han, so han ich gebeden den erbern man den .. official des hoves zu Trire, daz er sin ingesigel an disen brif welle henken.

Und wir der .. official des hoves zu Trire vorgenant erkennen, daz dise ding vor uns sin geschen und daz wir durch bedde willen des vorgenanten Henrichs von Kircheim des hoves von Trire ingesigel an disen brif han dun henken zu eyme gezugnisse aller diser vorgeschribener stücke.

Dirre brif ist gegeben nach Cristus geburthe dritzenhundert iar und dar nach in dem zwey und viertzegestem iare uff den mandag aller nehest nach sencte Remigies tage.

720. *Trier 1342 November 13.*

Albertus dictus Finke *Pfarrer von* Naylbach *(Nalb-) verspricht dem ehrbaren Herrn Meister* Rudolfus dictus Losse *Stiftsherrn von St. Martin in* Etchinsteyn *(Idstein), der ihn bis auf Widerruf zum Kaplan in Idstein angenommen, die Kirche zu versorgen, während seiner Kaplanei jährlich zu Mariae Reinigung (Februar 2) und Johannes des Täufers Geburt (Juni 24)* $^1/_3$ *der Einkünfte abzuliefern, wofür er die Einkünfte seiner Pfarrkirche in N. verpfändet, über den Rest Buch zu führen und dem Rudolf Rechnung zu legen.* D. Treveris sub sigillo meo in die beati Brictii a. dom. *1342.* — *K 310.*

721*. *Avignon 1342 November 25.*

Papst Klemens VI. an Erzbischof Baldewin. K 162; aus dem vatikan. Register zuletzt: Sauerland III nr. 87. Ergänzungen und bessere Lesarten: S. 38 Sacrosancta mater ecclesia, cuius ubera fragrant dulcedine pietatis, in cunctis suis actibus comitem habet clemenciam, ut viscera gestans pie matris ad singulos semper prompta sit parcere ac misericordia in ea super exaltante iudicium humilitatis et penitentibus filiis, qui ab ipsius ecclesie filiali devocione recesserant, benigne, cum ad eius gremium devote redeunt, misericordiam et veniam indulgeat maternalem; *S. 39 Z. 9* ex corde, sciencia, *Z. 13* interfueris, *Z. 15* preiudicium redundare, *Z. 18* prout ex potestate per te ipsis tradita poterant *vor* quod tu stabis, *Z. 25* canonice intrantibus fidelis eris nobisque *vor* obedienciam; *S. 41 Z. 3* asserentes *st.* offerentes, *Z. 7 v. u.* et .. successoribus nostris ecclesieque Romane ac nobis *vor* et ipsis; *S. 42 Z. 4* editas, edendas, *Z. 11 v. u.* volumus quod, *Z. 5 v. u.* nostris *st.* ipsis; *S. 43 Z. 7* Nos Bald. — *Der Wortlaut ist zum grössten Teil in Nr. 723 wiederholt worden.*

722. *[um 1338—1342] November 26.*

Der pfalzgräfliche Notar Konrad in Kaub bittet den Zöllner Dithmar in Ehrenfels eine für den Bau der Burg Pfalzgrafenstein bestimmte Schiffsladung Holz frei passieren zu lassen.

Orig. mit Spur des rückwärts aufgedrückten ovalen Siegels in München, Mainz Fasz. 97 = Erzst. Fasz. 94 (Abschr. von E. Vogt und J. Hösl). — Zur Ueberlieferung und Einreihung vgl. Nr. 704.

Dithmare! Scias, quod magister Kern ducit ligna pro LXIIII^{or} libris H(allensium) comparata ad edificium castri Pfallenczgravenstein spectancia. Quapropter rogo, quatenus ipsum cum

eisdem lignis, cum ad te venerit, absque impedimento transire permittas recepto ab eo, si placuerit, iuramento, quod nihil aliud ducat quam valorem predictorum lignorum. Et scias eciam, quod dedi sibi litteram manu mea scriptam absque sigillo[1]) pro XXIIII^{or} libris H(allensium) ligna emenda, quia credebam totidem ligna sufficere.

Scriptum in crastino Katherine virginis.

Conr(adus) notarius in Kuba.

1) *vgl. Nr. 704 c. 2.*

723. *Avignon 1342 Dezember 10.*

Papst Klemens VI. beauftragt Bischof Daniel von Verden, den absolvierten Erzbischof Baldewin nach Ratifizierung seiner Trennung von Ludwig dem Bayern vom Interdikte zu befreien.

K 163[1]*; aus dem vatikan. Register zuletzt: Sauerland III nr. 108 Reg. (zu Dez. 11). — Vorlage war Nr. 721. Baldewins Exkommunikation wird hier auf sein Verhältnis zum Kaiser, in Nr. 725 auf seine Haltung in der Mainzer Frage zurückgeführt. Seine endgiltige Lösung vom Banne erfolgte übrigens erst 1346 (Sauerland III nr. 551), wohl mit Beziehung auf die in Sachen des Wormser Bistums gegen ihn ergangene Sentenz (Nr. 433).*

Clemens episcopus servus servorum dei venerabili fratri Danieli episcopo Verden(si) salutem et apostolicam benedictionem. *1.* Nuper venerabilis frater noster Bald(ewinus) archiepiscopus Trever(ensis) cupiens devocionem sinceram, quam ad nos et Rom(anam) gerit ecclesiam et in futurum disponit gerere, per effectum operis demonstrare ac nostrum et apostolice sedis gratiam et benivolenciam inplorare de culpa, que dicebatur adversus dictam sedem commissa per ipsum ex eo, quod Ludowico de Bavaria in certis colloquiis et parlamentis participaverat et adheserat pro dampnis, ut dicebat, et dispendiis sue ecclesie evitandis, te tunc Moten[(sem)][a]) episcopum et dilectum filium Boemundum archidyaconum Trever(ensem) capellanum nostrum procuratores et nuncios suos cum certo mandato ad excusandum eum nobis super participacione et adhesione predictis necnon ad petendum absolucionis beneficium a penis et sententiis, si quas propter ea incurrisset, ac ad recognoscendum, confitendum et promittendum nonnulla in certis articulis in instrumento publico super procuracione tua et ipsius archidyaconi confecta[b])[1]) expressis contenta illaque et quod ipse archiepiscopus paratus erat super omnibus contumaciis, iniuriis et rebellionibus, quas eidem ecclesie Rom(ane) ipsum intulisse et irrogasse seu contra illam commisisse et fecisse constaret, stare et obedire et parere nostris et ecclesie predicte mandatis, * in animam suam iurandum, ad nostram presenciam destinavit. *2.* Nosque post certos tractatus nobiscum super hiis per te et dictum archidyaconum habitos ipsius archiepiscopi in hac parte laudabile propositum et devocionem sinceram benignius acceptantes cum factis prius per te et ipsum archidyaconum recongnicionibus, confessionibus et promissionibus super contentis in articulis supradictis et iuramentis eiusdem archiepiscopi nomine iuxta formam mandati seu procuracionis huiusmodi prestitis super illis ab omnibus et singulis excommunicationum et suspensionum et interdictorum sententiis, quas participando et adherendo dicto Lud(owico) post processus apostolicos habitos contra eum incurrerat, auctoritate apostolica * ab-

solvimus * ac secum super irregularitate, si quam * dictis ligatus sententiis * celebrando divina vel se ipsis alias non tamen in contemptum clavium immiscendo contraxerat, * duximus dispensandum eidem archiepiscopo in tuam et archidyaconi predicti procuratorum personas ac tibi et ipsi archidyacono eius nomine in virtute sancte obedientie, quam iuravit promotus ad dictam ecclesiam Trever(ensem), et in virtute predicti per te et ipsum archidiaconum super dictis * articulis et generaliter de parendo mandatis nostris et dicte ecclesie prestiti * ipsius archiepiscopi nomine iuramenti districtius iniungentes, quod ipse archiepiscopus * sit fidelis et obediens nobis et .. successoribus nostris ecclesieque Rom(ane) ac nobis et ipsis plenam obedientiam et reverenciam exhibeat ac nostris et successorum nostrorum se conformabit beneplacitis et mandatis fidemque catholicam et omnia alia, que tenet, docet et predicat eadem sacrosancta Romana ecclesia, firmiter teneat et quod hereticum est tenere, asserere, sentire seu predicare papam posse ab imperatore deponi vel * eligi, fieri vel creari * et * talia credentes, tene[n]tes [c]) et sentientes hereticos fore et quod papatum sancte Roma(ne) ecclesie * ac statuta sanctorum patrum, canones et decreta et constituciones apostolicas * nostraque et ipsius sedis mandata servet et quod cum dicto Lud(owico) * et quibuscunque hereticis per ecclesiam denotatis non participet * nec cum eis vel aliis quibuscunque ligam, confederacionem, conspiracionem aut colligacionem * faciat contra honorem ipsius Roma(ne) ecclesie * vel iniat * aut * factis vel initis * uti presumat et quod * omnes supradictos articulos in dicto * procuratorio seu mandato expressos et ipsius archiepiscopi nomine per te et dictum archidyaconum confessatos recongnitos, promissos et iuratos et omnia per te ac ipsum archidyaconum * suo nomine circa ista facta ac eciam ea, que per nos ipsi archiepiscopo sunt, ut prefertur, iniuncta, observet, approbet, certificet, affirmet, confirmet et emologet specifice, singulariter et expresse illaque promittat et iuret e[ffectualiter] [d]) observare infra septem mensium spacium a data litterarum nostrarum super hiis confectarum [2]) conputandum et quod de predictis ratificacione, approbacione, confirmacione, emologacione et affirmacione per ipsum archiepiscopum clare, expresse ac specifice necnon promissione et iuramento huiusmodi faciendis nos per instrumentum publicum dictarum litterarum nostrarum seriem continens et manu tabellionis publici scriptum et in publicam formam redactum suoque signatum sigillo infra idem spacium nobis et sedi predicte realiter assignandum certificare curaret * retenta nobis et .. successoribus nostris iniungendi et inponendi sibi pro premissis excessibus atque culpis * penitentiam, de qua nobis et successoribus nostris videbitur plenaria potestate, prout in eisdem nostris litteris plenius et seriosius continetur. *3.* Quare tu et dictus archidyaconus pro parte ipsius archiepiscopi nobis humiliter supplicastis, ut penitentiam huiusmodi, quam nobis et dictis retinueramus successoribus premissis, eidem archiepiscopo parato illam devote suscipere ac efficaciter adimplere inponere vel inponi facere dignaremur. *4.* Nos igitur prefatum archiepiscopum in hiis et aliis, quantum cum deo possumus, paterne dilectionis plenitudine prosequi eumque in sincera fidelitate et constanti devocione, quas ad nos et sedem eandem habere se asserit, confirmare de bono in melius intendentes, gerentes quoque de tue puritate conscientie ac fidelitate prolata in hac parte fiduciam in domino specialem

fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, postquam dictus archiepiscopus predicta per te et ipsum archidyaconum suo nomine confessata recongnita, promissa et iurata et alia predicta per nos sibi, ut prefertur, iniuncta approbaverit, confirmaverit, emologaverit, ratificaverit ac ea omnia et singula observare promiserit et iuraverit, ut prefertur, eidem archiepiscopo pro premissis culpis et excessibus participando dicto Lud(owico) de Bavar(ia) et eciam adherendo et alias super contentis in articulis memoratis per eum commissis iuxta qualitatem et gravitatem ipsorum inponas auctoritate nostra penitentiam salutarem, prout anime sue saluti videris expedire, et nichilominus interdicta quelibet, quibus civitates, opida, castra, ville et loca eiusdem archiepiscopi per dictos processus occasione premissa subiacere noscantur, auctoritate predicta relaxes.

Datum Avinion(e) IIII^{0} idus decembr(is) pontificatus nostri anno primo.

I) *ohne Ueberschr.* + a) Moten *K.* + b) *danach* a penis — confecto *versehentlich wiederholt K.* + c) tenetes *K.* + d) eciam *K.*
1) *Nr. 718.* ∞ 2) *Nr. 721.*

724. *Avignon 1342 Dezember 11.*

Derselbe beauftragt denselben, einigen Hausgenossen und Dienern Erzbischof Baldewins ihre Unterstützung Ludwigs des Bayern und der Mainzer Ansprüche Baldewins zu verzeihen.

K 165[1]*; aus dem vatikan. Register: Sauerland III nr. 109 Reg. — Zur Sache vgl. Nrr. 723, 725, die eine (c. 4) im Eingang des c. 3, die andere (cc. 4, 3, 5) in c. 2 und am Ende des c. 3 benutzt. Bedeutsam ist die Stelle über das Kaisertum und die Forderung, keine Verschwörung gegen die Kirche einzugehen.*

Clemens episcopus servus servorum dei venerabili fratri Danieli episcopo Verden(si) salutem et apostolicam benedictionem. *1.* Significavit nobis Bald(ewinus) archiepiscopus Treverensis, quod nonnulli familiares et servitores sui clerici et laici Lud(ewico) de Bavar(ia) tamquam imperatori Roma(norum) post et contra processus apostolicos contra eum sibique adherentes et communitates sollempniter habitos in ipsius archiepiscopi et ecclesie sue Trever(ensis) servicio communicarunt et eidem Baldewino in detencione et occupacione archiepiscopatus Mogunt(ini), quem ipse annis pluribus contra voluntatem et processus sedis apostolice detinuit et etiam occupavit, prestiterunt consilium, auxilium et favorem, propter que penas et sententias in eisdem contentas processibus incurrerunt, qui ducti eiusdem archiepiscopi persuasione ac inducti consilio saniori desiderantur se deinceps ab ipsius Lud(owici) communione, participacione et adhesione retrahere ac ab auxilio, favore et consilio cuicunque in predictis vel similibus inpendendis penitus abstinere necnon nostris et ecclesie super hiis parere mandatis et cum humilitate redire ad ecclesie unitatem. *2.* Quare prefatus archiepiscopus nobis humiliter supplicavit, ut, cum * nos sibi omnem iniuriam et offensam, quas propter detencionem et occupacionem ipsius archiepiscopatuS adversus sedem commisit eandem, post satisfactionem debitam * remitti eumque ab omnibus excommunicationum, suspensionum et interdictorum sententiis, quas propterea incurrisset, absolvi mandemus,

per nostras litteras speciales ipsius familiaribus et servitoribus eiusdem archiepiscopi de absolucionis beneficio ab eisdem sententiis atque penis provideri in illis partibus de benignitate apostolica mandaremus. *3.* Nos igitur, qui oberrantes filios ad rectitudinis semitas libenter reducimus, animarum predictorum saluti paterne consulere necnon ipsius archiepiscopi supplicacionibus in hac parte annuere favorabiliter intendentes, gerentes quoque de tue puritate conscientie ac fidelitate sincera fiduciam in domino specialem fraternitati tue per apostolica scripta committimus *, quatinus omnes et singulos familiares et servitores ipsius archiepiscopi clericos et laicos, qui eundem Lud(ewicum), ut prefertur, communicarunt et adheserunt et eidem archiepiscopo in detencione ipsius archiepiscopatus Mog(untini) prestiterunt post processus predictos auxilium, consilium vel favorem, recepto prius ab eorum quolibet ad sancta dei ewangelia manu tacta corporaliter iuramento, quod ipsi stabunt et parebunt mandatis ecclesie atque nostris super huiusmodi illatis iniuriis, contumaciis, rebellionibus, fautoriis et adhesionibus ac ceteris penis et sentenciis, quas ab homine vel a iure prolatas et inflictas propter premissa et ea tangencia incurrerunt, et quod nobis et successoribus nostris canonice intrantibus fideles erunt de cetero et nobis ac ipsis debitam reverentiam et obedientiam exhibebunt et quod cum prefato Lud(ewico) et sequacibus suis, quamdiu stabunt in rebellione sancte matris ecclesie, seu aliis hereticis et scismaticis aut fautoribus et valitoribus eorundem per dictam ecclesiam denotatis et denotandis in posterum non erunt nec eis seu quibusvis aliis dabunt contra eandem sanctam matrem ecclesiam directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem quodque ipsi nulli ut imperatori imperii Romani obedient nec adherebunt, nisi ille primitus fuerit infulam seu coronam imperialem legitime assecutus, nec eciam cum eodem Lud(ewico) aut aliis quibuscunque in rebellione prefate ecclesie existentibus contra ecclesiam ipsam colligationem seu conspiracionem aliquam facient sive ligam et quod alias alia attemptata per eos vel similia de cetero non presument, ab omnibus et singulis * sententiis atque penis, quas ipsi familiares et servitores propter premissa vel eorum aliquod aut ipsorum occasione vel alicuius eorum quomodolibet incurrerunt, dummodo ipsi familiares et servitores ab huiusmodi sententiis atque penis devote ac humiliter pecierint se absolvi, absolvas hac vice auctoritate apostolica iuxta formam ecclesie consuetam. *4.* Et nichilominus cum illis ex eisdem familiaribus et servitoribus, qui clerici existunt, super irregularitate, si quam predictis legati sententiis divina officia celebrando vel alias se ipsis, non tamen in contemptum clavium, immiscendo contraxerunt, auctoritate predicta dispenses iniunctis cuilibet absolvendorum huiusmodi pro modo culpe salutari penitentia et aliis, que de iure fuerint iniungenda. *5.* Volumus autem, quod de prestacione iuramentorum huiusmodi a familiaribus et servitoribus prefatis per te, ut premittitur, absolvendis facias fieri publica instrumenta tuo munita sigillo nobis et sedi predicte quamtocius destinanda quodque ipsi familiares et servitores, si contra predicta iuranda per eos

vel eorum aliquod post absolucionem huiusmodi venerint seu fecerint aut ea non observaverint, plenarie cum effectu ipso facto in sententias et penas pristinas relabantur.

Datum Avinion(e) III. idus decembr(is) pontificatus nostri anno primo.

1) *am Rande:* Ut familiares domini Trever(ensis) a participacione Bavari pro negotio occupacionis ecclesie Mog(untine) possint absolvi.

725. *Avignon 1342 Dezember 11.*

Derselbe beauftragt denselben, dem absolvierten Erzbischof Baldewin nach Ratifizierung seiner Trennung von Ludwig dem Bayern seine frühere Besetzung des Erzstifts Mainz zu vergeben.

K 164[1]*; aus dem vatikan. Register: Riezler Akten nr. 2141 unvollst. und Sauerland III nr. 107 Reg. (V). — Zur Sache vgl. die Vorlage Nr. 723.*

Clemens episcopus servus servorum dei venerabili fratri Danieli episcopo Verden(si) salutem et apostolicam benedictionem. *1.* Matris ecclesie copiosa benignitas mansuetudinem et clemenciam de innata sibi pietate in cunctis suis actibus libenter exercet et oberrantibus filiis, qui quandoque matrem ipsam in aliarum ecclesiarum iniuriis irreverenter offendunt, cum per satisfactionem debitam ecclesiis et personis ecclesiasticis, quas leserant, inpendendam a[d][a]) eius obedientiam et devocionem humiliter redeunt, gremium sue misericordie non precludunt. *2.* Nuper siquidem * Bald(ewinus) archiepiscopus Treverensis cupiens devocionem sinceram, quam ad nos et Roma(nam) gerit ecclesiam et in futurum disponit gerere, per effectum operis demonstrare, * te tunc Moten(sem) episcopum et dilectum filium Boemundum archidyaconum Trever(ensem) capellanum nostrum procuratores et nuncios suos cum sufficienti mandato[1]) ad excusandum eum nobis super certis, in quibus dicebatur Roma(nam) ecclesiam offendisse, necnon confitendum, recongnoscendum, promittendum et iurandum certos articulos in eodem mandato in publicam formam redacto contentos ac gratiam et benivolenciam nostram et sedis apostolice inplorandum ad nostram presenciam destinavit. *3.* Et demum nonnullis tractatibus per te ac ipsum archidyaconum eiusdem archiepiscopi nomine super hiis nobiscum habitis et firmatis nos ipsius archiepiscopi in hac parte laudabile propositum et devocionem sinceram more patris benivoli acceptantes eum * ad gratiam, benivolenciam et communionem nostras et sedis eiusdem gratiose recepimus de mansuetudine dicte sedis ipsumque ab omnibus et singulis excommunicacionum et suspensionum et interdictorum sententiis, quas participando et adherendo * Ludowico de Bavaria post processus apostolicos habitos contra eum incurrerat, factis * per te [et][b]) dictum archidyaconum coram nobis et nonnullis ex fratribus nostris sancte Roma(ne) ecclesie cardinalibus honorem et bonum statum . . archiepiscopi predicti zelantibus, confessionibus, recongnicionibus et promissionibus huiusmodi et iuramentis * prestitis super illis iuxta formam mandati prefati per[c]) titulariter et distincte et de parendo super omnibus et singulis contumaciis et inobedienciis atque culpis, quas ipsum archiepiscopum contra dictam Roma(nam) ecclesiam * commisisse constaret, auctoritate apostolica absolvimus ac secum super irregularitate, si quam dictis ligatus sententiis celebrando divina vel se ipsis

alias non tamen in contemptum clavium immiscendo contraxerat, duximus dispensandum eidem archiepiscopo in tuam et ipsius archidyaconi * procuratorum personas ac tibi et ipsi archidyacono eius nomine in virtute sancte obedientie, quam iuravit promotus ad dictam ecclesiam Trever(ensem), ac in virtute predicti per te et ipsum archidyaconum super dictis articulis et generaliter de parendo mandatis nostris et dicte ecclesie prestiti ipsius archiepiscopi nomine iuramenti districcius iniungentes, quod ipse archiepiscopus sit fidelis et obediens nobis et .. successoribus nostris ecclesieque Romane ac nobis et ipsis plenam obedienciam et reverenciam exhibeat ac nostris et successorum nostrorum se conformet beneplacitis et mandatis fidemque catholicam et omnia alia, que tenet, docet et predicat eadem sacrosancta Roma(na) ecclesia, firmiter teneat et quod hereticum est tenere, sentire, asserere seu predicare papam posse ab imperatore deponi vel eligi, fieri vel creari ac talia credentes, tenentes et sencientes hereticos fore et quod papatum sancte Roma(ne) ecclesie ac statuta, sanctorum patrum canones et decreta et constituciones apostolicas nostraque et ipsius sedis mandata servet et quod cum dicto Lud(owico) et quibuscunque hereticis per ecclesiam denotatis non participet nec cum eis vel aliis quibuscunque ligam, confederacionem, conspiracionem, * colligacionem non faciat contra honorem ipsius Roma(ne) ecclesie vel iniat aut factis vel initis uti presumat et quod omnes supradictos articulos in dicto procuratorio seu mandato expressos et ipsius archiepiscopi nomine per te et ipsum archidyaconum confessatos, recongnitos, promissos et iuratos et omnia per te ac ipsum archidyaconum suo nomine circa ista facta ac eciam ea, que per nos ipsi archiepiscopo sunt, ut prefertur, iniuncta, observet, approbet, ratificet, affirmet, confirmet et emologet, specifice, singulariter et expresse illaque promittat et iuret e[ffectualiter c]) observare infra septem mensium spacium a data litterarum nostrarum super hiis confectarum [2]) conputandum et quod de predictis ratificacione, approbacione, confirmacione, emologacione et affirmacione per ipsum archiepiscopum clare, expresse ac specifice necnon promissione et iuramento huiusmodi faciendis nos per instrumentum publicum dictarum litterarum nostrarum seriem continens et manu tabellionis publici scriptum et in publicam formam redactum suoque signatum sigillo infra idem spacium nobis et sedi predicte realiter assignandum certificare curaret *, prout in eisdem nostris litteris plenius et seriosius continetur. *4.* Deinde vero tu et dictus archidyaconus * nobis humiliter supplicastis, ut, cum idem archiepiscopus constanter vellet et disposuisset inherere nostris et eiusdem sedis beneplacitis et mandatis, sibi omnem iniuriam et offensam, quas archiepiscopatum Mog(untinum) contra voluntatem et processus dicte sedis per plures annos detinendo et occupando adversus sedem commisisset eandem, gratiose remittere ipsumque post satisfactionem debitam, cum iam archiepiscopatum ipsum totaliter et realiter dimisisset, ab omnibus sententiis, quas huiusmodi occasione incurrerat, absolvi ac interdicta, quibus civitates, opida, castra, terre, ville et loca per dictos processus occasione huiusmodi detencionis et occupacionis ipsius archiepiscopatus Mogunt(ini) per sedem eandem seu auctoritate ipsius habitos subiacebant, tollere et relaxare secumque dispensari super irregularitate inde contracta auctoritate apostolica mandaremus. *5.* Nos igitur personam ipsius .. archiepiscopi, qui ad nos eciam in minoribus constitutos semper gessit

specialis devocionis affectum, paterna benivolencia prosequentes et propterea credentes firmiter, quod ipse eo constancius eoque solidius in devocione ac fidelitate ipsius sancte Roma(ne) ecclesie roborabitur, quo evidenter congnoverit a dicta sede se uberiori favore et gratia preveniri, gerentes quoque de tue circumspeccionis industria in hiis et aliis fiduciam in domino specialem huiusmodi supplicacionibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, postquam dictus archiepiscopus predicta omnia et singula per te et ipsum archidyaconum eiusdem . . archiepiscopi nomine recongnita confessata, promissa et iurata necnon et alia promissa per nos sibi, ut prefertur, iniuncta approbaverit, ratificaverit, confirmaverit, emologaverit illaque observare promiserit et iuraverit ac perseveraverit in eisdem, sibi omnem offensam et iniuriam, quas ipse dictum archiepiscopatum Mog(untinum) detinendo et occupando, ut premittitur, adversus dictam sedem noscitur commisisse, auctoritate nostra remittas de ipsius sedis clemencia et gratia speciali et nichilominus ipsum, si super iniuriis et dampnis datis propter occupacionem et detencionem predictas Henrico archiepiscopo Mogunt(ino) vel eius ecclesie satisfecit vel alias, postquam super hiis debite satisfecerit, ab omnibus excommunicationum, suspensionum et interdictorum sententiis, quas occasione detencionis et occupacionis predictarum incurrit, si ab eis pecierit humiliter se absolvi, auctoritate apostolica iuxta ecclesie formam absolvas ac interdicta quelibet, quibus civitates, opida, castra, ville, terre et loca quecunque occasione predicta per dictos processus subiacent, auctoritate relaxes eadem ac insuper cum dicto archiepiscopo super irregularitate, si quam huiusmodi ligatus sentenciis celebrando divina vel se ipsis alias, non tamen in contemptum clavium, immiscendo contraxerit, auctoritate predicta dispenses iniunctis ei super hiis salutari penitentia et aliis, que de iure fuerint iniungenda.

Datum Avinion(e) III. idus decembr(is) pontificatus nostri anno primo.

I) *ohne Ueberschr.* + a) ab *K.* + b) *fehlt K.* + c) etiam *K wie Nr. 723 N. d.*

726. *[1342?]*

Erzbischof Baldewin ernennt den Jakob Tristandi zum Schöffen in Trier.

D 218[1]. — *Jakobs Vater Tristand ist bis 1342 nachzuweisen (Kentenich 198); die U. fällt wohl noch in dies Jahr. Sie ist ein wichtiger Beleg für die nur schwach bezeugte (vgl. zuletzt H. Isay Zur Geschichte des Trierer Schöffengerichtes: Trierisches Archiv I [1898] 78) Ausübung des erzbischöflichen Schöffenernennungsrechtes.*

Bald(ewinus) *et cetera* dilecto sibi in Christo Iacobo quondam Tristandi de vico Carnium civi Trever(ensi) famulo et fideli suo graciam et omne bonum. Officium sive sedem scabinatus nostri Trever(ensis) vacans ad presens per mortem seu resignacionem liberam prefati Tristandi patris tui olim nostri scabini ibidem, cuius scabinatus collacio et disposicio ad nos pertinere dinoscitur pleno iure, tibi contulimus et conferimus in hiis scriptis te scabinum nostrum Trever(ensem) presentibus ordinando et aliorum scabinorum nostrorum Trever(ensium) consorcio aggregando man-

dantes nichilominus .. sculteto nostro Trever(ensi) Ordolfo dicto Schuler magistro scabinorum ac scabinis nostris Trever(ensibus), ut te pro eorum scabino recipiant et admittant.

I) *Ueberschr.:* [S]cabinatus vid. p(r*?*)e.

727. *[um 1338—1342].*

Notar Albert von Bacherach beglaubigt dem Dithmar, Zollschreiber in Ehrenfels, einen Getreidetransport der Rheinpfalzgrafen nach Burg Reichenstein.

Orig. mit Spur des rückwärts aufgedrückten Siegels in München Mainz Fasz. 471 = St. Alban Fasz. 20. — Ueber die Zeitbestimmung vgl. Nr. 704. Es giebt noch Zollbriefe desselben Ausstellers von 1338 September 11 (Sauer nr. 2141) und 1339 November 28 (München Mainz St. Alban Fasz. 22, vgl. das undatierte Stück daselbst Fasz. 21).

Domine Dytmare! Noveritis, quod lator presencium deducit LXXXV maldra siliginis, XXX saccos avene, unum maldrum pisarum et cepe ad castrum dominorum ducum in Richenstein. Item nuper deduxerat navem cum feno et IIII^{or} maldra siliginis, Quare ipsum sine recepcione thelonei transire permittatis recepto iuramento solito. Datum meo sub signo.

Alb(er)tus not(arius) Bachr(acensis).

728. *[um 1338—1342].*

Arnold Schilwatz und Peter in Kaub deklarieren demselben einen von Kauber Zollknechten geführten Transport.

Orig. (vom rückwärts aufgedrückten Siegel der Umriss erkennbar) daselbst Fasz. 474 = St. Alban Fasz. 23.

Salutacione servili ac multe dilectionis premissa. Dith(mare) amice noster karissime! Noveritis, quod illa ligna, que magister Hollender, Petrus Vinkelin ac Rode servi telonii in Kuba necnon illa, pro quibus pathera dicta schail fuit obligata ante[a]) per telonium in Erinvels, deduxerunt ad navem dictam herschif pertinencia ad dominos nostros absque omni dolo ex fraude pertinere. Preterea scientes amam aceti cum scutellis, que Rode predictus deduxit, ad .. Cunradum borkg(raf) cum nupcias filiarum suarum celebrare pretendat, pertinere.

Datum sub sigillo comuni in Kuba.

Per me Arnoldum dictum Schilwatz ac Petrum in Kuba.

a) ante *(bei* a *ein* p *erkennbar?)* per *(dies Wort von blasser Tinte) auf Rasur.*

729. *[um 1338—1342].*

Dieselben (?) melden demselben ein von Reinbold, Burggraf in Pfalzgrafenstein, geführtes Schiff.

Orig. mit Spuren des rückwärts aufgedrückten Siegels daselbst Fasz. 235 = Nachtr. Fasz. 52 (Abschr. von Hösl). — Zur Einreihung vgl. Nr. 704.

Domine Dith(mare)! Noueritis, quod Reinboldus borgravius in Paltzgrafinstein duxit navem cum feno, cuius media pars ad ipsum pertinebat, item iam tria quartalia siliginis cum L. saccis avene mensure Mogunt(ine) pro expensis suis in Paltzgrafinstein faciendis, prout declaraverit iuramento quecumque ducens, littera ista teste. Datum sub sigillo communitatis Kobe.

Rückwärts: Domino Dyth(maro) magistro thel(onii) in Erinvels.

730. *[etwa 1336—1342].*

<Guillelmus *[von* Pusterla*?]* canonicus Mediolanensis> <abbas monasterii sancti Martini *[in Erfurt?]*> *mahnt auf Grund einer päpstlichen Verleihungsurkunde den Erzbischof von Mainz sowie Dekan und Kapitel von St. Severi [in Erfurt], den* Reynboto *binnen 6 Tagen nach Bekanntwerden dieses Prozesses zum Stiftsherren daselbst zuzulassen, ihm* stallum in choro et locum in capitulo *anzuweisen und die nächste frei werdende Pfründe einzuräumen bei Gefahr geistlicher Strafen, so zwar, dass dem Erzbischof* pro reverencia pontificalis dignitatis *zunächst nur das Betreten der Kirche verboten, erst für den Fall fortgesetzter Weigerung nach je 6 weiteren Tagen Suspension und Exkommunikation angedroht wird; mit der Ueberwachung der Ausführung, der er infolge von* alia ardua negocia <in curia Romana> <*seines Klosters*> *nicht beiwohnen kann, beauftragt er* <*die Plebane* sancti Georgii Ysnacensis, in Lupincze *(Grossen-Lupnitz)*, Vacha *(V-a)*, Bruheym *(Brüheim)*, Sunneborn *(Sonne-)*, Golpach *(Goldbach)*, Hocheym *(Hochheim)*, sancti Andree, sancti Viti et sancti Benedicti Erfordensis *sowie alle Geistlichen und öffentlichen Notare der Diözese Mainz*>. Post quarum — dyocesis Moguntine. — ***D 216,*** *Entwurf; Anfang und Schluss fehlen. — Wie die umgebenden Stücke derselben Lage wohl in die Jahre 1336—42 zu setzen. Der Aussteller ist jedenfalls identisch mit dem Mailänder Domherren Wilhelm von P., der 1345 Propst von Pressburg wurde; vgl. Nr. 587.*

731. *[Trier 1343 Januar 11 (März 3)].*

Rodolphus dictus Losse <pastor et> rector ecclesie de <Ostheym *(-heim)*> <Sleyta *(Schleid)*> *ernennt die abwesenden bescheidenen Herren die Kleriker Mainzer Diözese* Bertoldus dictus Gans canonicus Ordorfensis *(Ohrdruf)*, Bertoldus dictus Pordiz vicarius in ecclesia sancte Marie Ysenacensis <Henricus*?* dictus de Slatheym> *und* Iohannes de Abchenelden *zu Prokuratoren, um die Kirche zu Ostheim* [1]) *für ihn in die Hände von Dekan und Kapitel der Kirche vom heiligen Kreuz zu* Huenfelt *(Hünfeld) zu resignieren. Siegler: der Aussteller.* Datum ut infra *(Nr. 732).* — ***D 156,*** *Entwurf.*

1) *die nachträgliche Ersetzung durch* Sleyta *wie oben und in Nr. 732 scheint vergessen.*

732. *Trier 1343 (<Januar 11>) <März 3>.*

[Rudolf Losse ernennt dieselben Prokuratoren wie in Nr. 731], um den Tausch seiner Kirche zu <Sleyta *(Schleid)*> <Ostheym *(O-heim)*> *mit Kanonikat und Pfründe des ehrenwerten Herrn (getilgt?)* <Henricus de Sula> <Hartungus de Northoven> *bepfründeten Stiftsherren von St. Marien in Eisenach. Siegler: der Aussteller und, auf seine Bitte, der Offizial der Trierer Kurie.* D. Tre(veris) die <XI.> <III.> mensis <ianuarii> <marcii> a. dom. *1342.* secundum stilum et consuetudinem civitatis et provincie Treverensis. — ***D 157,*** *Entwurf nur der 2. Hälfte, während als 1. der Anfang von Nr. 731 dienen sollte. Ebenso wie nr. 731 zweimal benutzt, für die Vertauschung der beiden Pfründen Schleid und Ostheim).*

733. *[Trier] 1343 Januar 28.*

Iohannes Iakelonis *Dekan von St. Simeon in Trier macht sein Testament. Unter den zahlreichen Bestimmungen folgende:* Item do, lego ad fraternitates tres, civium videlicet necnon cauponum Trever(ensium) et ad illam, que vocatur knappenbruderscaf, ad quamlibet quidem earum viginti solidos Trever(enses), ita quod confratres iam dicte ultime fraternitatis nullas sibi de vestibus meis presumant usurpare. — — Item do, lego reverendo in Christo patri et domino meo domino Baldewino digna dei providencia Trevirorum archiepiscopo omnem avenam, quam reliquero in domo habitacionis mee prelibata *sowie seine urkundlich festgelegten Ansprüche gegen* Henricus de Spaynheym *Propst von St. Marien in Aachen im Betrag von 45 Pfund Tourser Groschen, die aber nur zur Hälfte geltend gemacht werden sollen.* — — Item do, lego reverendo patri domino Danieli olim Moten(si) nunc autem dei et apostolice sedis gracia Verdensi episcopo scalam meam meliorem interius deauratam, medio sui habentem signum theutonice nuschel *(e über* u*)* vocatam. Item do, lego venerabilibus viris dominis Iohanni de Celobrio preposito, Boemundo de Saru-

ponte archidyacono ecclesie Trever(ensis), Gerardo de Virnenburch *(o über u)* archidyacono tituli sancte Agathes de Longuion in ecclesia Trever(ensi) ac Ludolpho de Holvels eiusdem Treveren(sis) ecclesie thesaurario, cuilibet eorum unum de asaccis meis sericis preciosis, dicto quidem preposito Trever(ensi) illum, quem sibi legavi et deputavi, asaccum in continenti exhiberi volo et tradi. Item do, lego honorabili viro domino meo michi sincere dilecto domino Iohanni de Treveri archidyacono in ecclesia Trever(ensi) unam carratam vini specialiter de vinis, si que Treveris in domo sua nuncupata Frenczermont reliquero, recipiendam —. — Item do, lego dominis et amicis meis dilectis michi capellanis reverendi patris domini Treveren(sis) antedicti inferius nominatis, videlicet Elye preposito Monasterii in Meynevelt duas flascas stanneas meas maiores, Wynthero ordinis Premonstracen(sis) unum par linteaminum operis extranei serico nigro circondatum, Dytmaro thesaurario ecclesie sancti Castoris Confluen(tini) unum becarium cum coopertorio argenteum michi a dicto domino meo Treveren(si) donatum, quod alias fuit honorabilis viri quondam domini Nycolai de Honnoltsteyn olim ecclesie Trever(ensis) prepositi, Wykero thesaurario ecclesie Monasterii in Meynevelt unam scalam intus deauratam, in medio cuius est clipeus armorum, ut videtur, milicie de Cleve, magistro Rodulpho unam scalam operis subtilis, in fundo cuius est stella et in huius stelle medio una rosa, consimilem Wernero scalam necnon Theoderico dicto de Dydisheym de asaccis meis sericis quintum. — — Item do lego fideli michi et dilecto domino Iohanni [Trymel*?*]eyt capellano in ecclesia Treveren(si) *ausser anderem* omnem actionem michi conpetentem in domo Agnetis relicte Arnoldi de Soico *(?)* civis Treveren(sis) contigua domui habitacionis mee prescripte cum universis et singulis vasis, vivariis, vinis et lignis in ipsa dicte Agnetis domo existentibus ac quatuor libras Treveren(sium) denariorum, in quibus dicta Agnes michi tenetur; quam domum idem dominus Iohannes per se vel alium, prout voluerit, durantibus annis locacionis eiusdem michi facte libere debebit inhabitare et utifrui eadem; annis quoque huiusmodi finitis volo, quod ipse dominus Iohannes in cameris duabus anterioribus et superioribus prelibate habitacionis mei *(so)* domus, si eam frater meus dominus Wilhelmus sibi, ut supra ordinavi, locari obtinuerit recepture *(!)* ab eodem Wilhelmo graciose, quoad vixerit ipse Wilhelmus; et sine quavis offensione seu perturbacione ipse dominus Iohannes cameris eisdem ascendendo vel descendendo per ostium de ipsis cameris tendens ad vicum, secreta quoque superius prope cameras easdem supra coquinam ibidem utatur libere et quiete eundo et redeundo, quociens voluerit, si hoc idem dominus Iohannes pro sui persona velit acceptare et alias non. Et de consimilibus cruselinis do, lego duas Iacobo de Syvereyo clerico Treveren(si) dans eciam et legans Gelekine iam dicti Iacobi filie annulum aureum cum lapide saphiri nigre. — — Item do, lego Iohanni de Wyttelich consanguineo meo mecum commoranti scolari quinque libras Treveren(sium) denariorum, ut studio clericali diligenter se exerceat et non alias. *Testamentvollstrecker sollen sein die Herren* Willielmus *und* Ioffridus *seine Brüder,* Gerardus de Bastonia *Stiftsherr von St. Simeon,* Henricus Gebuyr *(o über u) und* Iohannes de Franoyt, Fridericus *sein Bruder,* Iacobus *sein Schwestersohn und* Mychaelis de Vari(...)domo *sein Blutsverwandter, alle Trierer Bürger. Schreiber:* Ysembardus de Trymereyo *Kleriker, kaiserlich öffentlicher und Notar der Trierer Kurie. Siegler: auf Bitten des Ausstellers die Kurien von Trier und der Trierer Archidiakonen* Boemundus, Gerardus de Virnemburch *(o über u) und* Iohannes de Treveris, *auch der Dekanat von St. Simeon.* Acta sunt hec *[*in civitate Treverensi *?]* sepedicta presentibus — — una cum dicto Isembardo notario viris discretis et honestis dominis Wilhelmo et Arnoldo de Arluno rectore ecclesie sancti Gangulphi, Henrico dicto Gebuyr *(o über u)*, Ioffrido *[*Iakelonis et Petro *?]* dicto Ulesser prenominatis necnon dominis Ordulpho dicto Scholere magistro scabinorum et Bartholomeo dicto Mencze scabinis Treveren(sibus), Iacobo quoque de Syvereyo clerico Katherine mee sororis *(?)* [.....] marito supradictis testibus ad premissa vocatis specialiter *(?)* et rogatis sub a. — *1342.*, ind. *10.*, post. — [Innocencii] — sexti — nunc pape a. *1.* mensis ianuarii die *28.*, que fuit feria *3.* post festum conversionis beati Pauli apostoli. — *Kopie* sub sigillo curie Treverensis a. dom. *1352.* feria *6.* post festum beati Willibordi episcopi *(auf 4 aneinandergenähten Pergamentblättern, einst auch mit der U. unten 1352 VII 5 verbunden) in Koblenz Abt. 215 (St. Simeon) Bündel nr. 226|229.*

734. *Avignon [1340—1343] Februar 16.*

Der Mainzer Dompropst Bertholin schreibt dem Domherrn Johannes von Friedberg in eigenen Angelegenheiten.

Orig. auf Papier (1 mal längs, 3 mal quer gefaltet mit Resten des zum Verschluss aufgedrückten roten Siegels und doppelten Siegelschnitten), von einer kurialen Hand mit grauer Tinte geschrieben) in München Mainz Fasz. 408 = Domk. 154 a. — Bertholin, der seit 1338 wegen seiner politischen Haltung mit Erzbischof Heinrich zerfallen war (vgl. Nr. 532 c. 7), hat sich am 6. Juni 1339 mit ihm versöhnt (Schunck Cod. nr. 101). Doch scheint er sich auch nachher vornehmlich in Avignon aufgehalten zu haben. Die beiden UU., die ich noch von ihm aus seinen letzten Jahren kenne, sind am 31. August 1340 und 30. April 1342 dort ausgestellt (Orig. in München, Mainz St. Alban Fasz. 24 und Joannis II 276). Die in der 2. verbriefte Schenkung hat J. von Friedberg am 1. August 1342 als B.s Prokurator, der er auch in Nr. 734 ist, übergeben. Nr. 734 gehört zweifellos in diese Jahre, wahrscheinlich zu 1342 oder 1343. Gestorben muss Bertholin vor dem Juni 1343 sein, übrigens extra curiam *(vgl. die in das Notariatsinstrument über den Eintritt seines Nachfolgers Johannes de Columpna inserierte U. Klemens VI. vom 22. Juni 1343 (Würdtwein Subsidia I nr. 32). Der* prepositus de Saulnehem *ist Hermann von Saulheim Domherr und Propst von St. Marien im Felde, der 1331—1345 begegnet (Ioannis II 276).*

Domine et amice carissime! *1.* Non credatis, quod ego velim vos mutare nec removere a procuracione mea, quamvis ego mandaverim, quod pronus esset administrator in curia mea loco Henrici, quia multum melior est ipso, nec volo, quod ipse Henricus stet in curia mea nec in expensis meis. Sed volo, quod semper sitis dominus et magister. *2.* Rogo insuper vos, si ‹cut› <quid> alias vobis mandavi, quod vos et prepositus de Saulnehem constituatis unum officialem in prepositura mea, qui sit gratus domino Magunt(ino), quia nichil potest nobis nocere.

Datum Avinion(e) die XVI. februarii sub sigillo parvo fratris mei, cum ad presens meo caream.

Rückwärts: Venerabili viro domino Iohanni de Frideberg canonico Mag(untino) B(ertholinus) prepositus Magunt(inus).

735. *Trier 1343 März 3.*

Rudolf Losse ernennt Prokuratoren für die Vertauschung seiner Pfründe in Ostheim. Vgl. Nr. 732.

736. *[Trier 1343 März 3].*

Derselbe ernennt Prokuratoren für die Auflassung seiner Pfründe in Schleid an Stift Hünfeld. Vgl. Nr. 731.

737. *Aschaffenburg 1343 März 28.*

Henricus *Erzbischof von Mainz an die ehrbaren Männer den Abt des Benediktinerklosters* Hoinburg *(Homburg) und den Scolasticus von St. Marien in Erfurt: beauftragt sie, den von* Harthungus de Northoven *Stiftsherrn von St. Marien in Eisenach* (Ysenacensis) *und* Rodolfus dictus Losse *Rektor der Pfarrkirche in* Sleyta *(Schleid) gewünschten Pfründentausch nach gehöriger Prüfung einzuleiten.* In negocio — D. Aschaffinburg V. kal. april. a. dom. *1343. — K 316.*

738. *[1342 Ende—1343 März ?].*

Vor dem ehrenwerten Herrn Dekan (Dekan ‹Kantor› in D 25) ecclesie sancti Arnualis *(St. Arnual in Metz) vom apostolischen Stuhl bestelltem Richter erklärt* Theodericus *Rektor der Kirche in* Wellingen *(Saar-W-n) als Prokurator des Herrn Meisters* Rodolphus *(in D 224 durch ‹Rudolphus› ersetzt)* dictus Losse canonicus ecclesie Cardonensis *gegen Abt und Konvent von Hersfeld, dass diese dem Rudolf <1338> eine lebenslängliche Rente von 10 Scheffeln guten gemischten Wintergetreides nach Erfurter Mass zahlbar am Michaelstag* in Ysnacensi opido *durch Propst, Priorissin und Konvent des*

Nonnenklosters in Arnstete *(-stadt) für 30 Mark reinen Silbers verkauft haben (Nr. 561), ihm aber schon 1338 1½ Scheffel und in den 4 folgenden Jahren Alles schuldig geblieben sind, verlangt Zahlung der 41½ Scheffel, des von Rudolf auf 10 Mark Silbers geschätzten Interesses und des vom Richter festzustellenden seit dem Verzug eingetretenen Wertverlustes des Getreides.* Coram vobis — semper salvo. ***D 25*** *Entwurf (mit der Anweisung von Hd 11 auf der Rückseite für den Reinschreiber:* Adicienda adicite, abicienda abicite, corrigenda corrigite, quia vobis de iure et de facto plene constat*) und* ***D 224****, Reinentwurf. Die Einreihung stützt sich auf den Inhalt und den Vertrag Nr. 737, der vielleicht die Erledigung dieser Klage voraussetzt.*

739. *Trier 1343 April 10.*

Erzbischof Baldewin an Iohannes *Dekan von St. Symeon in Trier: beauftragt ihn, den von seinem Kleriker Meister* Rodolfus dictus Losse plebanus seu rector *der Pfarrkirche zu* Kerne *(Mosel-Kern) und* Wernherus de Guntravia *bepfründetem Stiftsherrn der Kirche in* Dyetze *(Diez) geplanten Pfründentausch nach Prüfung der Sache und Zustimmung der Patrone vorzunehmen.* In negocio — D. Treveris sub sigillo nostro secreto presentibus appenso die X. mensis aprilis a. dom. *1343.* — ***K 314 a****, eingerückt in Nr. 739.*

740. *1343 April 22.*

Der Dekan von St. Simeon in Trier von Erzbischof Baldewin durch die eingerückte Nr. 738 zu seinem Vertreter in dieser Sache bestellt an die Herren den Abt in Arnstein *(A-n) sowie den Kantor und den Pleban in* Lympurg *(Limburg): versetzt, nachdem ihm* Hermannus de Card(on)o *Kleriker und Prokurator des Priesters* Wernerus Engelberti de Guntravia *bepfründeten Stiftsherrn der* ecclesia Dytzensis *(Diez) und* Bernardus dictus Vogil *Prokurator des Meisters* Rodolfus dictus Losse *Rektors der Pfarrkirche in* Kerne *(Mosel-Kern) in der Absicht des von ihnen näher begründeten Tausches beide Pfründen persönlich aufgetragen haben, nach Einholung der Zustimmung der Patrone, Rudolf und Bernard nach Diez, Werner nach Mosel-Kern, investiert Rudolf durch Bernard* per librum, quem in manu tenemus, *und beauftragt die Adressaten, Rudolf in den Besitz einzuweisen sowie unter Androhung geistlicher Strafen Dekan und Kapitel zu mahnen, dass sie binnen 6 Tagen nach Empfang dieses Prozesses Rudolf zulassen und in Genuss der Pfründe setzen; sie sollen auf diesen Brief über die Ausführung zurückschreiben.* Conparentibus coram nobis. *Siegler: der Aussteller mit dem* sigillum curie Treverensis, quo utimur in hac parte, a. dom. *1343.*, feria *3.* post dominicam ‚Quasimodo' mensis aprilis die *22.* — ***K 314.***

741. *1343 April 27.*

Iohannes *Abt,* Henricus *Dekan und der Konvent von Hersfeld verkaufen dem bescheidenen und ehrbaren Meister* Rudolfus dictus Losse *und seinem Bruder* Hermannus *für bereits gezahlte 50 Mark reinen Silbers eine ihnen durch Propst* Hermannus, *Priorissin und Konvent der Nonnen zu* Collede *(Kölleda)* a bonis vulguraliter dictis andergebunde sitis ibidem *zahlbare Jahresrente von 6 Mark Erfurter Gewichts, die jene alljährlich* in opido Erfordensi *zu Martini auf eigene Kosten und Gefahr den Käufern entrichten sollen; Rückkauf zu gleichem Preise bleibt vorbehalten. Siegler: die Aussteller. Zeugen: Herr* Lutig(erus) dictus Hopphensag *Vikar von St. Marien zu Eisenach (*Ysnacensis*), Herr* B(ertoldus) dictus Pordicz *Pleban in* Ostheym *(O-heim), Ritter* Dyt(ericus) dictus de Hornspurg, *Ritter* Henricus dictus Harstal *und der Eisenacher Bürger* Guntherus dictus Gotschalck. D. et actum a. dom. *1343.* dominica die ‚Misericordia domini'. *Zu der Summe von 50 Mark machte L. die Randglosse:* Vero *(?)* Hersfelden(ses) t(ene)n(tur) pl(u)s, s(cilicet) 1½ mar(cas), item expen(sas). — ***K 319.***

742. *[1339 August 13—1343 April].*

Hermann von Schweinsberg ersucht Johann von Bellersheim Amtmann und Otto Kellner in Amöneburg um eine Unterredung.

Kindlingers Abschriftensammlung in Münster II 136 S. 72 nr. 7 aus verschollenem Orig. (auf Papier, mit Spur des grünen Wachssiegels). — Die Vorlagen der Sammlung von 13 Papierbriefen, die Kindlinger auf S. 69—75

dieses Urkunden zur Mainzer Geschichte enthaltenden Bandes seiner Kollektaneen oft recht mangelhaft kopiert hat und die in vorliegendem Werke vollständig veröffentlicht wird, scheinen bis auf 3 Stücke, die in der Bodmann-Habelschen Sammlung des Marburger Staatsarchivs und als Depot des Mainzer Altertumsvereins im Mainzer Stadtarchiv liegen (Nrr. 707 = 748a, 775 und 797), verschollen zu sein. Keiner der Briefe, die alle ohne Jahrzahl sind, kann über 1356 herabreichen. Einer gehört ins Jahr 1315 (vgl. die Nachträge), je zwei zu 1343 und 1344 und wohl die meisten anderen auch ins 5. Jahrzehnt. Acht sind an den Amöneburger Kellner Otto gerichtet oder (wohl lauter Entwürfe) von ihm ausgestellt. Aussteller oder Empfänger der 5 anderen Stücke ist Graf Johann von Ziegenhain (1304—1356). Die Verbindung zwischen beiden Gruppen stellen zwei spätestens 1354 entstandene Briefe dar, deren einen der Frankenberger Bürger Johann Friling an den Grafen von Ziegenhain geschrieben hat, während den anderen Otto zugunsten desselben Friling an das Kloster Georgenberg gerichtet hat. Man wird demnach kaum fehlgehen, wenn man die ganze Sammlung auf diesen Mainzer Kellner zurückführt. — Otto ist 1339 August 13 Kellner geworden (vgl. Orig. in Marburg, Samml. Bodmann-Habel nr. 225). Den in Nr. 742 ausser ihm genannten Amöneburger Amtmann Johann von Bellersheim finde ich als solchen bezeugt 1342 April 15 (Schunck Beiträge III nr. 63) und 1342 Oktober 31 (Orig. in München, Mainz Domkapitel Fasz. 91b, nach E. Vogts Apparat); sein Nachfolger Albert Holzapfel hat das Amt 1343 Mai 1 angetreten (vgl. Nr. 775). Damit ist die Einreihung von Nr. 741 gegeben. Den Aussteller, der nicht zu den Schenken von Schw. gehört sondern zu einem Zweige derer von Löwenstein, kenne ich aus UU. von 1334 März 1 (Orig. in Marburg, Abt. Kloster Georgenberg) und 1368 (v. Wyss III nr. 1083) sowie — Hinweis von Küch — 1358 März 27 (Orig. daselbst, Abt. v. Falkenberg) und 1365 November 12 (daselbst, Abt. Quittungen). Ueber die Falkenberger vgl. N. a.

Salutari premissa diligentia. Vos domine Iohannes de Beldersheym officiate et Otto cellerarie in Ameneburg! Noveritis, quod super [lite] de facto [Iohanni?]s[a]) de Falkenberg et me pendente michi per vos transmissis vobis nequeo tam(en)[b]) prius respondere, quia omnes et singule huiusmodi negotii circumstantie tediose et difficile[s][c]) essent [....] l[it]t[eris][d]) enarrare. Sed si otio vacare [po]teritis et cras mane nuncium vestrum [mich]i[e]) transmis[er]itis[i]), ego in [K]ercha[in][g]), ubi ibo [..]s usquam prope, quo volueritis, vobis veniam in occursum enarraturus vobis ea, quod plen[...] que circa dictum negotium [michi][h]) necessaria sunt recitanda [.....] et [...,....meo] [sub sigillo].

Herm(annus) de Sweynsperg.

Rückwärts: Honorandis viris Iohanni de Beldersheym [officiato][i]) et Ottoni[k]) cellerario [in[l]) Ame]neburg amicis meis...

a) *angedeutet* p...p*(?)*..s, *darüber* Philippus, *was wohl falsch; 1342 Februar 26 kommen Johann, Konrad, Tylo und Hermann v. Falkenberg vor (Würdtwein Nova subsidia V 234).* + b) *Strich über* m. + c) difficile. + d) lt *(darüber Strich)* or.. *K.* + e) *angedeutet* n..a*(?)*s*(?)*i; *vgl. N. h.* + f) transmisitis. + g) Hercham. + h) *angedeutet* mia*(?)*s*(?)*i; *vgl. N. e.* + i) *z. T. angedeutet.* + k) *danach* H *angedeutet.* + l) in Ame *ergänzt K.*

743. *1343 Mai 24.*

Hermannus *Abt des Benediktinerklosters* Hoinburg *(Homburg) Exekutor des Erzbischofs* Henricus *von Mainz, des Bischofs* Otto *von Würzburg und des Scolasticus von St. Marien in Erfurt für den Tausch der Pfründen der ehrbaren* Harthungus de Northoven *Stiftsherrn von St. Marien in Eisenach* (Ysnacensis) *und Meisters* Rudolfus dictus Losse *Plebans der Pfarrkirche in* Sleita *(Schleid) vollzieht nach gehöriger Prüfung und ihm gewordener Auflassung der beiderseitigen Pfründen den Tausch zwischen beiden und versetzt jenen von Eisenach nach Schleid, diesen von dort nach Eisenach.* Lecta et lata est hec sentencia permutacionis a. dom. *1343.* sabbato post ascensionem domini. *Zeugen: die ehrbaren Herr* Th(eodericus) *Scolasticus* B.

Kantor und Her(mannus) de Zcimmern *Stiftsherren von St. Marien in Eisenach,* Th(eodericus) Schalune rector parvulorum *von St. Stephan in* Salza *(Langen-Salza).* Vocatis ad nostri — D. ut supra. — *K 318.*

744. *1343 Mai 24.*

Derselbe an den Propst der Nonnen von St. Nikolaus in Ysnache *(Eisenach): befiehlt ihm, nachdem er im Verfahren Hartung von Eisenach nach Schleid und Rudolf von dort nach Eisenach versetzt hat, den Rudolf oder dessen Prokurator den Kleriker* Iohannes de Apphe(n)nelnde *einzuweisen, und bei Dekan und Kapitel seine Aufnahme zu veranlassen; zum Zeichen der Ausführung sollen sie diesen Brief besiegelt zurückschicken.* Cum predicto — D. a. dom. *1343.* sabato post ascensionem domini. — *K 317.*

745. *Diez 1343 Mai 24.*

An den ehrbaren Dekan von St. Simeon in Trier Kommissar Erzbischof Baldewins der Dekan und das Kapitel der Kirche von Diez (Dicensis)*: melden ihm, dass sie* sabbato proximo ante diem beati Urbani hora prime a. videlicet dom. *1343. in ihrer Kirche gemäss den Mandaten (Nrr. 739 und 740), denen dieses Transfix beigefügt ist, den bescheidenen Herrn* Albertus *Priester Vikar der Kirche in* Lympurg *(Limburg) als Prokurator des Meisters* Rudolfus dictus Losse *Klerikers des* dominus Treverensis *zum körperlichen Besitz der Stiftsstelle und Pfründe in ihrer Kirche zugelassen haben. Siegler: die Aussteller mit dem Siegel ihrer Kirche.* Significandum vobis — Actum et d. ut supra. — *K 315.*

746. *Trier 1343 Mai 25.*

Instrument des öffentlichen kaiserlichen Notars Ludewicus quondam Hartradi de Cleberch *Klerikers Trierer Diözese:* a. ab incarnacione dom. *1343.*, ind. *11.*, pont. — Clementis — pape sexti a. *1.*, mensis maii die *25.*, infra decantacionem summe misse in ecclesia Treverensi *hat der bescheidene Meister* Rodolfus dictus Losse iurisperitus *Kleriker Erzbischof Baldewins eine Erklärung verlesen des Inhalts, dass er in der Hoffnung, von Papst Klemens VI. einige passende Pfründen zu erhalten, als bepfründeter Stiftsherr der Kirche zu* Etchinstein *(Idstein) auf diese Pfründe wegen der weiten Entfernung vor ihnen verzichte. Ort:* ante fores *(!)* superiores ecclesie Treverensis ex opposito putei consistentis ibidem. *Zeugen: die bescheidenen Meister* Richardus de Iamay iurisperitus, Iacobus de Sivreyo, Franciscus de Verduno curie Treverensis notarii, Henricus de Kutzeleybin, Henricus de Slatheym *und* Bernhardus dictus Vogil *Mainzer Diözese.* — *K 321.*

747. *[1343 Mai 25].*

Rodolphus dictus Losse *Diakon Mainzer Diözese verzichtet auf seine Kirche zu* Ostheim *(O-m) bei* Gotha *(G-a) und ersucht den öffentlichen kaiserlichen Notar* Ludewicus de Cleberch, *ein Notariatsinstrument darüber auszufertigen.* Coram vobis discretis; *Datum fehlt.* — *K 322; offenbar gleichzeitig mit der unmittelbar vorher abgeschriebenen Nr. 745.*

748. *Würzburg 1343 Juni 7.*

Erzbischof Heinrich von Mainz befiehlt seinem Zöllner Ludwig und seinem Schultheiss in Hattenheim und Erbach, zu kaufenden Wein von dem Bingener Juden Abraham und dem Schultheiss in Algesheim bezahlen zu lassen.

Orig. (auf Papier mit Spur rückseitiger Besiegelung, doch ohne Adresse) in München, Mainz Fasz. 88 = Erzst. Fasz. 86.

Archiepiscopus Mogunt(inus). Lud(ewice) noster in Ernvels theolonearie et ..scultete noster in Hattenheim et Erbach! *1.* Noueritis nos litteras vestras heri de vespere in castro Herb(i-polens)i recepisse et eas bene intellexisse volentes empcionem vinorum, ut nobis scripsistis, habere ratam. *2.* ◂Et▸ ideo vobis iniungimus, ut Abraham nostrum in Pingwia Iudeum et Graule(m) nostrum in Algensheim scultetum personaliter accedatis duo aut unus ex vobis ipsis nostro nomine dicendo, quod vobis

omnem pecuniam, quam habuerint ◁nostram existentem▷, vobis pro solucione dictorum vinorum representent. Quibus eciam hoc idem scribimus litteris nostris. *3.* Et si complete cum dicta pecunia vobis per dictos scultetum et Iudeum presentanda ipsa vina persolvere non possitis, extunc ipsos scultetum in Algensheim et Iudeum predictos nostro nomine et pro nobis fideiubere faciatis, quousque ad partes Reni proxime pervenire possimus. Extunc indubitanter ◁et▷ absque protraccione qualibet ipsis debitoribus de non persoluta pecunia satisfaciemus.

Datum in castro Herb(ipolens)i sabbato post diem beati Bonifacii anno domini M°CCCXLIII°.

748a. *Aschaffenburg [1343] Juni 12.*

Der Brief Nr. 707, oben irrig eingereiht, gehört hierher. Erzbischof Heinrich kann in den in Betracht kommenden Jahren 1341—1344 am Fronleichnamstage nur 1343 in Aschaffenburg gewesen sein, wo er am vorhergehenden Tage (Juni 11) bezeugt ist (Sauer nr. 2314). Die in unserem Briefe angekündigte Reise an den Rhein erwähnt er auch schon in Nr. 747. Vom 18.—22. Juni lässt er sich in Eltville nachweisen (E. Vogts Apparat der Mainzer Regesten), kann damals also auch Bingen besucht haben. Am 4. Juli finden wir ihn, was zu der Angabe in c. 1 stimmt, schon wieder in Aschaffenburg (Würdtwein Subsidia V 242).

749. *Avignon 1343 Juli 2.*

An den Minister der Provinz Colonia *der Bruder* Fortanerius ordinis fratrum Minorum generalis minister et servus: *beauftragt ihn auf Bitten der* illustris domina Anna comitissa Nassaugie *(Nassau), in das von dieser in* Berbach *(Bärb-)* cum necessariis officinis *gegründete, ausgestattete und mit einer Anzahl von* domine honeste et religiose viventes *besetzte Kloster möglichst nach persönlicher Besichtigung eine angemessene Zahl von* sorores mature et honeste ordinis sancte Clare *aus der Nähe einzuführen, eine Aebtissin einzusetzen und Alles, doch unter Zustimmung des Erzbischofs von Trier, zu ordnen.* Ex parte illustris — D. Avinion(e) II[a] die mensis iulii a. dom. *1343.* — ***D 225.***

750. *1343 Juli 5.*

Der Pfarrer Gottfried von Anliers bittet den Dekan von St. Simeon, ihm 4 Ohm Weines und eine Geldsumme zu leihen.

Orig.-Brief auf Papier in Koblenz (Abt. 215 nr. 469); auf der Rückseite 3zeilige Notiz über einen Kaufvertrag wohl des Empfängers der Nr. 750, von 1344 Februar 21, darüber ein kurzer, bei der Handlung aufgenommener Akt, der nur Namen und Tagesdatum bietet.

Reverende[a]) mi domine decane ecclesie sancti Symeonis Treveren(sis)! Supplico humiliter, quatinus michi per latorem presentium velitis transmittere <duas> ◁quatuor▷ amas vini anni preteriti nuper ◁conpetentis▷ secundum magis et minus ad quantitatem vasorum et dignemini scire vel ita fideliter conmittere alicui, ut in hoc tantillo possim et debeam vestram infessam benignitatem et gratiam collaudare. Et summam, quam michi ad dictum vestrum destinabitis super hoc, post messem transmittam vel portabo usu et foro loci secundum nunc cum valore vini consideratis[b]). Vobis solucionem, ut predicitur, solvere bene sine diminutione promitto per fidem meam corporalem loco iuramenti in hac sedula[c]) papyrea sigillo meo inpressa vobis missam sive datam. Memorantes, quod hoc promisistis michi in Anliers ultimo verbo vestro in recessu gracioso vestro et super hoc confidenter

misi; et de hoc obligo in manu vestra me et omnia bona mea presentia cum futuris.

Datum anno domini M°CCC° quadragesimo tercio sabbato infra octavas festi beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Godefridus[d]) curatus de Anliers vester humilis totus — — —[e]).

◂ Superscriptionem[f]) ‚quatuor' approbo ▸.

a) *über der 1. Zeile noch* . Io . + b) considera(tis). + c) *Orig.* + d) *links davon Spur eines kleinen aufgedrückten Siegels.* + e) *Striche im Orig.* + f) *über diesem Nachtrag befand sich ein 2. Siegelabdruck.*

751*. *Villeneuve 1343 Juli 16.*

Propst Klemens VI. an alle Getreuen Christi. ***D 216 a*** *(aus dem Orig. in Koblenz = Günther IIIa nr. 293); Sauerland III nr. 203 Reg. (aus vatikan. Register, Supplikenregister und dem Orig.).*

752. *1343 August 22.*

Rod(olfus) dictus L(osse) *Domherr von Naumburg* (Nuenburgensis) *ernennt die ehrenwerten Herren* Hartungus de Northoven provisor allodii Erford(ensis), *Meister* Ber(toldus) de Howetail *Stiftsherrn von St. Marien und* Albertus de Sangirhusen *Stiftsherrn von St. Severi in Erfurt sowie den Mainzer Kleriker* Henricus de Kutzeleybin *zu seinen Prokuratoren und Sachwaltern* (negociorum gestores), *um die ihm von Papst Klemens VI. durch Provision urkundlich verliehene vakante oder vakant werdende Domherrenpfründe und* dignitas, personatus seu officium cum cura vel sine cura *an der Kirche zu Naumburg für ihn zu empfangen. Siegler: der Aussteller und, auf dessen Bitten, der Offizial der Trierer Kurie.* D. Trever(is) die *22.* mensis augusti (die — aug. *über getilgtem* in vigilia beati Bartholomei apostoli *[Aug. 23] nachgetr.)* a. dom. XLIII. — ***D 26, Entwurf.***

753. *Bingen 1343 September 24.*

Erzbischof Heinrich von Mainz befiehlt dem Zöllner Ludwig in Ehrenfels, an Walther, Diener Meister Johanns von St. Trond, 10 Pfund Heller zu zahlen.

Orig. (mit Spur rückseitiger Besiegelung, ohne Adresse) in München, Mainz Fasz. 478 = St. Alban Fasz. 27 (Abschr. von Hösl). — Es besteht wohl ein Zusammenhang zwischen dieser Anweisung und Heinrichs Prozess an der Kurie. Diese erneuerte am 17. Oktober die 1338 gegen ihn erlassene Zitation, nachdem seine eben durch Johann von St. Trond überbrachten Entschuldigungen abgewiesen worden waren; vgl. Sauerland III nr. 1117, 1137, Nr. 618 Vorbemerkung.

Hen(ricus) archiepiscopus Mogunt(inus). Mandamus tibi Lud(ewico) nostro in Erenvels theoloneario, quatenus Walthero famulo magistri Iohannis de sancto Trudone decem libras Hall(ensium) nostro nomine tradas et presentes.

Datum Pigw(ie) feria quarta post diem beati Mathei apostoli anno domini MCCC°XLIII°.

754. *Bingen 1343 Oktober 18.*

Derselbe quittiert dem Zöllner Ludwig in Ehrenfels über die Bezahlung der vom 14. August bis 15. Oktober am Rheine und im Rheingau gemachten erzbischöflichen Ausgaben.

Orig. (ohne das abhängende Siegel) in München, Mainz Fasz. 478 = St. Alban Fasz. 27 (Abschr. von Hösl).

Nos Heinr(icus) dei gratia sancte Mogunt(ine) sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius recognoscimus per presentes, quod Lud(ewicus) theolonearius noster in Erinvels pro nobis pro expensis, quas cum nostris amicis et familiaribus diversis vicibus et temporibus habuimus et fecibus[a]) apud partes Reni et Ringouwiam a vigilia assumpcionis beate

Marie virginis proxime preteriti[a]) usque in diem beati Galli exclusive similiter proxime preteriti[a]) anni presentes[a]) trecentas quadraginta quinque libras Hall(ensium), tredecim solidos Hallen(sium) et duos Hall(enses) in diversis locis, ubi expense nostre excredite sunt, persolvit et persolvet, de qua pecunie summa in eventum computacionis per ipsum nobis proxime faciende ipsum Lud(ewicum) quitum dicimus et solitum[a]). Attamen est notandum, quod Humulo de Moguncia et scultetus noster in Eltevil eciam medio tempore aliquas expensas circa Reni partes conquisierunt, quas eis et eorum cuilibet in parte pagavimus et pagabimus, super quo habuerunt seu habent certas scripturas. Hoc tamen hanc [nostr]am[b]) litteram seu Lud(wicum) penitus nil concernit.

Datum Pigw(ie) in die beati Luce ewangeliste anno domini MCCCXLIII.

a) *Orig.* + b) *der Schreiber, der nicht lateinisch konnte (vgl. die Noten a) hat die Kürzung* nram *seiner Vorlage zu* mlam *verlesen.*

755. *1343 Oktober 31.*

Der Dekan Heinricus *und der Offizial* <sancte Marie> [a]prepositure sancti Severi[a] Erfordensis *beurkunden, dass vor ihnen* Albertus dictus Kynt verus pastor *der Pfarrkirche in* Nyhusen *(Neuhausen) seine Kirche dem Herrn* Crystanus dictus Abbas *auf 3 von heute zu rechnende Jahre verpachtet hat für jährlich 5 Mark reinen Silbers Erfurter Gewichts, von denen 3 zu Walpurgis, 2 zu Michaelis in Erfurt zu zahlen sind; C. übernimmt die* iura episcopalia, *A. die* papalia; *C. soll die* dos in edificiis *bewahren, Aufwendungen für nötige Neubauten abziehen dürfen; mit dem vorgefundenen Miste mag er düngen, später mit dem eigenen; im 3. Jahre muss er die Winteräcker bestellen und* pro medietate fructuum, *wie es Gewohnheit ist, besäen; stirbt er nach Besäung der Aecker* per hyemem et per estatem, *so sollen seine Erben die Winter- und Sommerfrucht ernten und die Pacht zahlen; stirbt er schon nach Aussaat nur der Winterfrucht, so soll A. seine Pfarre wieder übernehmen und die Entscheidung über die Ernte 8 von seinen und 8 von C.s* amici *überlassen oder erlauben, dass C. einen geeigneten Priester zu seinem Nachfolger bestellt. Siegler: der Aussteller auf Bitten der Vertragschliessenden mit dem* sigillum officialitatis nostre. Sub a. dom. *1343.* in vigilia omnium sanctorum. — *D 131.*

756. *Eltville 1343 November 4.*

Erzbischof Heinrich von Mainz befiehlt dem Zöllner Ludwig in Ehrenfels, an den Küchenschreiber Heinrich Geld zu 4tägiger Versorgung der erzbischöflichen Küche zu zahlen, und bestellt ihn nach Eltville.

Orig. (mit Spur rückseitiger Besiegelung, ohne Adresse) in München Mainz Fasz. 478 = St. Alban Fasz. 27 (Abschr. von Hösl).

Heinricus archiepiscopus Mogunt(inus). *1.* Ludwice thelonarie[a]) noster in Ernfels! Tibi mandamus, ut Heinrico scriptori coquine nostre in prompta pecunia et alias quovismodo, prout a te petierit, subvenias, quod pro quatuor diebus coquine nostre necessaria habeamus. *2.* Eciam feria sexta mane Eltvil sis constitutus pro competatione[a]) expensarum nostrarum facienda, quia tunc recedere intendimus ad partes superiores.

Datum Eltvil feria tercia post omnium sanctorum anno domini M°CCC°XLIII°.

a) *Orig.*

757. *Trier 1343 Dezember 2.*

Bischof Daniel von Verden quittiert dem Erzbischof Baldewin über 100 Gulden, die dieser ihm geliehen.

Orig. in Koblenz (Abt. 1 A nr. 1185[a]) mit dem hängenden Sekretsiegel des Ausstellers.

Nos frater Daniel dei et apostolice sedis gratia episcopus ecclesie Verden(sis) notum facimus universis nos teneri et obligatos fore ex causa veri mutui reverendo in Christo patri ac domino domino Baldewino archiepiscopo Trever(ensi) in centum florenis aureis parvis de Florencia, quam summam pecunie eidem domino archiepiscopo aut causam ab eo vel presentes litteras habenti vel habentibus solvere promittimus tenore presencium in festo penthecostes proxime affuturo dilacione qualibet procul mota. In cuius rei testimonium sigillum nostrum hiis litteris est appensum.

Datum Trever(is) anno domini M°CCC°X°L tercio die secunda mensis decembris.

758. *Avignon 1343 Dezember 5.*

Instrument des öffentlichen kaiserlichen Notars Warinus Arnulphi de Linayo *Klerikers Trierer Diözese:* a. *1343.*, ind. *11.*, die *5.* mensis decembris, pont. — — Clementis — — pape sexti a. *2. hat der ehrwürdige und bescheidene* Rodolfus dictus Losse *Stiftsherr der Kirche von* Cardonum *(Karden) persönlich anwesend erklärt, dass er auf seine Stiftsstelle in* Etchinstein *(Idstein) und seine Kirche oder Kapelle in* Ostheym *(O-heim) samt den Pfründen vorlängst ohne Tausch verzichtet habe, und bittet um Ausstellung des vorliegenden Instrumentes.* Acta sunt hec Avinion(e) in domo habitacionis — *des ehrwürdigen Herrn* Robertus de Adria *Domherrn der* ecclesia Neapolitana *(Neapel). Zeugen: die bescheidenen und ehrbaren Kleriker Trierer Diözese die Meister* Henricus de Confluentia in Romana curia procurator, Thilmannus Hunolt notarius publicus *und* Walterus de Redelingne. — ***K 323.***

759*. *[Avignon 1344 bald nach Januar 16].*

Johannes von Rüdesheim an Gebehard Vikar und Hermann von Mersberg Anwalt des geistlichen Gerichts der Mainzer Kirche. Orig. auf Papier in München Mainz Fasz. 90 (Erzst. Fasz. 88 [nicht 86]) = Müller II 367 nr. 14 (ohne die vorausgeschickte Kopie des kaiserlichen Prokuratoriums Böhmer Ludwig nr. 2354).

760. *Avignon 1344 Februar 7.*

Gaucelinus *Bischof von Alba* (Albanensis) *an den Abt von St. Martin ausser den Mauern von Trier: wie der in der Stadt Trier sich aufhaltende Diakon Mainzer Diözese* Rodolfus dictus Losse *Ueberbringer Dieses ihm dargelegt hat, sind vor Jahren durch Erzbischof Baldewin als Verweser von Mainz mit päpstlicher Erlaubnis eine Stiftsstelle und Pfründe von St. Marien in Erfurt, deren Verleihung Baldewin infolge allzulanger Vakanz zustand, dem Rudolf (Nr. 435, als Vorlage benutzt), dann aber, obwohl dieser eingewiesen und aufgenommen war, einem gewissen* Iacobus *verliehen worden, von dem R. nach langem Rechtsstreit sich durch Geld hat abfinden lassen, worauf er, ohne Absolution und Dispens dafür zu besitzen, im übrigen aber kanonisch die Weihen zum Subdiakon und Diakon und andere Pfründen empfangen hat. Auf seine Bitte befiehlt nun G. als päpstlicher Pönitentiar dem Empfänger, ihn nach Verzicht auf die Pfründen und Erstattung des Ertrages derselben zu absolvieren und für die Erlangung anderer Pfründen, auch der alten mit Ausnahme jenes Kanonikates, Dispens zu erteilen.* Sua nobis — D. Avinion(e) VII. id. febroarii pont. domini Clementis pape VI. a. *2.* — ***K 324.***

761. *Avignon 1344 April 11.*

Derselbe an denselben: wie der Stiftsherr von Karden Rodolfus dictus Losse *Ueberbringer Dieses ihm dargelegt hat, ist vordem eine vakante Stiftspfründe zu St. Florin in Koblenz dem* Thilmannus de Lainsteyn *Kleriker Trierer Diözese von einem ihm durch den Papst zur Erlangung einer Pfründe urkundlich (unbekannt) bestellten Exekutor, dann aber von Dekan und Kapitel daselbst, die sich wegen der gegen ihn erhobenen Einwände weigerten, ihn aufzunehmen, dem R. verliehen worden, der jedoch nach langem Rechtsstreit*

mit Th. daselbst und an der römischen Kurie schliesslich in verbotenen Abmachungen gegen Zahlung einer Geldsumme zu dessen Gunsten verzichtet hat, um dann selbst in Ditze *(Diez) und* Isnach *(Eisenach) Stiftspfründen, ohne von diesem Vergehen gereinigt zu sein, sonst aber kanonisch zu empfangen. Auf seine Bitte befiehlt nun G. als päpstlicher Pönitentiar dem Empfänger, ihn (wie in Nr. 761) zu absolvieren und dispensieren.* Sua nobis — D. Avinione III. id. april. pont. domini Clementis pape VI. a. *2.* — ***K 325.***

762. *Oxford 1344 April 22.*

Wilhelm von Bergeveny, Kanzler der Universität Oxford, bezeugt, dass der Minoritenbruder Hermann Topelstein dort die Würde eines Magisters und Doktors der Theologie erworben hat.

D 3[1]).

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint, Will(elmu)s de Bergeveny cancellarius universitatis Oxon(iensis) salutem in domino sempiternam. *1.* Quia morum veritatem, sciencie profunditatem, vite ac fame odorifere suavitatem eorum, qui in dicta universitate efficacius profecerint, ad communem fidelium noticiam eo fervencius cupimus pervenire, quo conversacionis sue maturitas et laboris assiduitas ad dei laudem proximorum salutem sancte ecclesieque profectum evidencius tendere dinoscuntur, *2.* vobis innotescimus per presentes, quod carissimus socius noster et confrater magister Hermannus Topelsteyn frater de ordine Minorum in dicta universitate facultatis sacre teologie studio per sex annos continuos insistendo bene, honeste ac pacifice conversatus in actibus scolasticis iuxta statuta nostra suas vices excellenter perficiens et adimplens ac magistorum de posicione sollempniter approbatus ad dignitatem magistralem in dicta facultate honorif[ic]e[a]) meruit exaltari. *3.* Unde, ne calumpniancium invidia aut hora[b]) insidiancium maliciose captata tante perfectionis et honestatis lux splendida pereat, quin pocius aliis in lumen et exemplum lacius diffundatur, ad dicti Hermanni sacre theologie doctoris eximii recommendacionem et testimonium omnium premissorum has litteras nostras testimoniales sigilli officii nostri suis meritis exigentibus consignavimus, ut tenemur.

Datum Oxon(ie) X. kalendas maii anno domini M°CCCXLIIII^to^.

1) *ohne Ueberschr.* + a) honorife. + b) *D.*

763. *1344 April 30.*

Meister Rudolf Losse *und* Herman *sein Bruder kaufen von* Bernhard Wyl *und seinen Erben eine Mark Geldes, die diese von* Henrich *und* Symon gevetern *und von* Elzebethen *und deren Töchtern,* die da heysin von der Tannen, *gekauft hatten, für neunthalb Mark, die ihnen* bewiset ist *zu* Bruheim *(Brüheim) an* ernzeinsin, an hoven und an anderme guthe, daz da heyset oucler *(?), unter Vorbehalt des Rückkaufs durch H. und S. vom nächsten Martinstag über 5 Jahre; entstehen Schwierigkeiten* daz sullen sii uns abe neme und uns der lene helfe von dem apte und dem stifte zu *(o über u)* Fulde, wanne wir sii dar umbe [bitten *?*], in eime ferteil iars. *Siegler: die Aussteller mit ihrem Siegel.* D. a. dom. *1343.* in vigilia Philippi et Iacobi apostolorum. — ***K 320.***

764. *Eltville [1344] Juni 2.*

Erzbischof [Heinrich III.] von Mainz heisst Otto, den Kellner von Amöneburg, eine Tagung [in Lich] zu besuchen.

Kindlingers Sammlung in Münster II 136 S. 71 nr. 6 aus verschollenem Orig. (auf Papier; das runde Siegel war „wie ein 4tels Brabänt. Krone

gross“); zur Ueberlieferung vgl. Nr. 742. — Otto war Kellner seit 1339 August 13 (vgl. Nr. 742), Albert Holzapfel Amtmann von Amöneburg von 1343 Mai 1 (sein Revers erst von Juli 13, Würdtwein Nova subsidia V nr. 115) bis 1345 Mai 15; in der über seine Amtszeit erstatteten Rechnung (Orig. in München Mainz Erzst. Fasz. 86, hier zitiert nach Vogts Apparat der Mainzer Regesten) bezieht er sich zu 1344 (S. 5) auf die in Nr. 764 angekündigte Tagung: Item feria V. post Bonifacii confessoris erant placita in Lieche, ubi erat dominus comes de Virneburg et summus decanus Mogunt(inus), ubi et dictus Alber(tus) interfuit, consumpsit 7 libras 11 solidos H(allensium). *Der Aufenthalt Heinrichs in Eltville am 2. Juni passt auch nur 1344 ins Itinerar.*

.. Archiepiscopus Mogunt(inus). Otto noster in Ameneburg cellerarie! Scripsit nobis Otto dictus Hund miles nos super quibusdam [. . . . .]do, de quibus nobis nichil constat, nec umquam relationem s[uam] p[er]cepimus[a]) de [eisdem][b]). [Qu]are[c]) tibi mandamus, quatenus ad aliquem locum, ubi d[iu]dicandum per ip[. . . . .] s[. .] ibique eadem debita p[ar]tis[d]) recipias, si et quan[do pl?]ac[. . . .]rint porrigendum, nobis eciam [. . . . .] s[. . . . .] dete[. . . . .][e]) possumus quam tocius [.]sme[. . . . .][f])cos volumus [. . . . .]h[. . .] deleta[f]) r[. . . .]caque cum L[. . .] et octag[inta . . . . .]ss [. . .]rat[. .] adoceo d[. . . .]erit in L [. . . .en q[. . . . .] feria quinta post [B]onifacii [. . .] cum Alb[erto] Holtzappel et aliis amicis nostris ad eandem convenientibus [. . . . .] obmittas. Tracta etiam cum Hermanno Hund, quod Ottoni Hund fratri suo faciat iusticiam expeditam, ad quod per[. . . .] tuas diligentias inclinare.

Datum Eltevil feria quarta ante diem beati Bonifacii martiris.

Rückwärts: Ottoni cellerario Ameneburg(ensi).

a) pcepimus. + b) *dies Wort scheint nach K.s Andeutungen möglich; ein anderes passt kaum in den Sinn.* + c) nare. + d) ptis. + e) *möglich wäre* detentore *oder* detentione. + f) a *zweifelhaft.*

765*. *Avignon 1344 Juni 18.*

Petrus Patriarch von Jerusalem und Verweser des Bistums Vaison für den Karmelitermönch Nicholaus von Arlon als Bischof von Akkon. ***D 96*** *= Sauerland III nr. 1142 Reg.*

766. *1344 Juni 23.*

Iohan *(Ian in L.s Ueberschrift)* von der Tannen *verkauft dem ehrbaren* meister Rodolfe Lossen *und seinem Bruder* Hermanne *für bezahlte 8 Mark* lotigen *Silbers 1 Mark Pfenniggeldes zu* Bruheym *(Brüheim), die er ihnen nachgewiesen an seinem bisherigen Zins daselbst, ferner um gleichen Preis 2* Erforte *Malter Korngelds, halb Gerste halb Weizen, von 22 Aeckern,* in deme velde zu Bruhem, *zahlbar jährlich* uffe send Michels dage in Ysn(ach) *(Eisenach) auf seine* kost und erbeit; *er will schaffen, dass sein* herre von Fulde, von deme vorgen(ante) phenniggulde und korngulde zu lene ruren, *zustimmt und ihnen* die lehen lie und bekenne, *und gelobt selbst, sie* des gutes zu werne. *Grenzbeschreibung:* der selbin zwenzig [illegible] ackir liit eyn gelenge vor funf acker an deme grasewey in deme velde geyn Erfa *(Friedrichswerth)*; so lien hinder dem dorf zu Bruh(eym) geyn Tungede *(Tüngeda)* wart bii sende Bonifacienborn achte gerin vor zehen ackere; so lien in deme veylde geyn Obirstete *(Eberstädt)* zwene acker bi enander ober vier stucke von deme Windebach geyn deme dorf Bruh(eym), die stozen uf den Wanger wech und gen nider geyn deme riete; so liit eyn gelenge vor drie akker, de stozit uffe den Wangenh(eymer) weg und wendit an der Honsteden und lien zwene ackir in deme velde gen Tungeden und ortin uf eyn ander und liit eyn an deme Rodir wey und wendet uffe dem Silbervlecke; der andere geyt uf geyn deme Rode. *Siegler: der Aussteller.* — der gegeben ist, do man zalte nach Cristus (XPC) geborte drutzenhundert iar und dar nach in deme vier und vierzigesteme iare an send Iohannes babtisten abint. — ***K 329.***

767*. *Avignon 1344 Juni 27.*

Patriarch Petrus (wie in Nr. 765) für Bischof Nicholaus von Akkon. ***D 101*** *= Sauerland III nr. 1143 Reg.*

768. *[1344] Juni 29.*

Der Offizial der Trierer Kurie befiehlt im Auftrage des Erzbischofs Baldewin allen geistlichen Personen, die in der Diözese Trier ohne die vorgeschriebene päpstliche Erlaubnis Pfründen errichtet — woraus sich oft Streitigkeiten mit deren Erben über die zur Ausstellung bestimmten Güter ergeben hätten —, und Allen, die solche empfangen haben, besonders seit Baldewins Amtsantritt, sich durch diesen ihre Pfründen bis zum nächsten Remigiusfeste (Oktober 1) genehmigen und bestätigen zu lassen, und befiehlt allen Dekanen der Kollegiatkirchen und Landkapitel, dem Erzbischof oder ihm bis zum selben Tage alle solche Pfründen mit Namen schriftlich mitzuteilen. D. Trever(is) die p(enu)lt(ima) mensis iunii. — ***D 132****, Entwurf. Das Stück steht auch zeitlich gewiss zwischen D 131 und D 133 (Nrr. 755 und 791).*

769*. *Avignon 1344 Juni 30.*

Patriarch Petrus (wie in Nr. 765) für Bischof Nicholaus von Akkon. ***D 97*** *= Sauerland III nr. 1144 Reg.*

770. *Eltville 1344 August 21.*

Erzbischof Heinrich III. von Mainz mahnt den Bischof Gerhard von Speyer wiederholt, seine Prozesse gegen das Kloster Obersteinfeld zu wiederrufen.

Eingerückt in Nr. 776; das Orig. war, wie dort bemerkt ist, rückwärts mit Sekret besiegelt, also wohl ein verschlossener Brief, während die Vorurkunde (N. 1) ausdrücklich als Patent bezeichnet wird.

Vener(ande) domine Gerharde electe et confirmate ecclesie Spiren(sis) amice dilecte! *1.* Nuper ex parte dilectarum in Christo abbatisse et conventus sanctimonialium monasterii in Obersteinvelt vestre dyocesis * expositO nobis querulose, quod, licet prefatum monasterium ac persone eiusdem nobis et ecclesie nostre Mogunt(ine) inmediate sint * subiecti et * a vestra iurisdictione prorsus exempti, vos tamen in personas dicti monasterii * excommunicacionis et ipsum monasterium interdicti sentencias dicimini protulisse pro eo, quod * subsidium * per vos inpositum per vestras civitatem et dyocesim una cum aliis monasteriis solvere et dare <contradicunt> recusarunt. *2.* Unde, cum hoc in nostri et ecclesie nostre Mogunt(ine) preiudicium et iuris eiusdem tendat lesionem, vos * requirimus * nunc secundario, sicut prius fecimus nostris patentibus litteris vobis presentatis [1]), quatenus sententias et processus huiusmodi in dictas abbatissam, * moniales, capellanos ibidem et eorum monasterium per vos de facto latas, cum nullam iurisdicionem in eos habeatis, velitis revocare cum effectu in eo nobis exhibe[nte]s[a]) conplacenciam satis gratam. *3.* Si, quod absit, premissa non revocaveritis, pro iuris nostri et ecclesie nostre conservacione ac libertatis monasterii prefati ac personarum eiusdem et pro irritacione processuum vestrorum iusticia suadente procedemus. *4.* Super premissis vestram nobis rescribi petimus voluntatem.

Datum Eltvil XII° kalendas septembris anno domini M°CCC°-XLmo quarto.

Henricus archiepiscopus Moguntinus.

a) exhibebimus.

1) *Aschaffenburg 1344 Juni 29, gleichfalls eingerückt in Nr. 776; danach sollte der Bischof* infra hinc et festum beati Iacobi apostoli proximum *(Juli 25) widerrufen oder* in crastino assumpcionis beate Marie virginis proximo *(August 16) vor dem Erzbischof durch einen Prokurator erscheinen.*

771. *[1344] Juli 31—August 28.*

Tagebuchnotizen Rudolf Losses über seine Amtstätigkeit als Offizial von Trier.

D 133[1]). — *Diese von Priesack und Schwalm nicht verzeichnete Notiz schliesst sich unmittelbar an den Entwurf Nr. 769 an.*

Hec feci post recessum domini ult(ima) iulii. Consilium ‹scilicet con(sis)tor(ium)› super ist(is). Item consilium super decima[a]) contra Turcos. Audi(encia) sine sentenciis. Item app(ellacio)nes novas, quod non teneantur ex[. . . .[b])] mand(ata) in V(er)duno. Item ap(pe)l(laci)o(ne)s[c]). Item in s(ancto) M(a)rti(n)o et s(ancto) Symeone. Misi Boem(undum) ad Deluward(um). Plures causas expedivi. D(e) capto in Lo(n)gwich. V. post oct(avas) assumpt(ionis)[1]). Affre[d]) redierunt ar(chi)d(iaconus), p(re)p(osi)t(us).

1) *ohne Ueberschr.* + a) X. + b) cq *(oder* ii*?), darüber Kürzung für* er. + c) *eigentlich* = apostolos. + d) *?.*

1) *August 28.*

772. *Trier 1344 August 30.*

Der Trierer Offizial Rudolf Losse erlässt eine Ordnung über Geschäftsgang und Verfahren in den Offizialatsgerichten der Diözese Trier.

K 327[1]). — *Diese Statuten sind die ältesten, die man aus Deutschland kennt; die Kölner Kurie erhielt ähnliche am 12. August 1356 (Stein Akten zur Geschichte der Verfassung und Verwaltung der Stadt Köln II nr. 503); solche der Strassburger Kurie von 1388 (vgl. auch die Taxordnung von etwa 1318: Wiegand Strassburger Urkundenbuch II nr. 374) erwähnt Stenzel: Zeitschrift f. Gesch. d. Oberrheins N. F. XXIX 367 N. 2. Ueber das Offizialat vgl. ausser Werminghoff Verfassungsgeschichte der Kirche im Mittelalter² und Redlich Urkundenlehre 172 ff. noch Stenzel l. c. XXIX 365 ff., XXX 52 ff. über Strassburg, Riedner: Historisches Jahrbuch XXXV 127 ff. über Köln und Konstanz, Lamprecht Wirtschaftslehre 1b 1279 f. über Trier, Michel: Trierisches Archiv XIX/XX 153 ff. über die Trierer Kurie in Koblenz.*

Divina gratia invocata nos officialis Trever(ensis) ardenter gerentes in votis quaslibet circa nostre iurisdictionis exercicium calumpnias propellere, iudicia nostra per viam iusticie et pacis dirigere, litibus finem inponere et a laboribus et expensis, quantum possumus, relevare subiectos iurisperitorum plurium eminentem scientiam ac nonnullorum aliorum causarum experienciam habencium freti consilio quasdam ordinaciones salubres pro tranquillitate et pace curie nostre et utilitate subditorum inferius annotatas duximus matura deliberacione prehabita sub brevibus promulgandas, quarum ordinacionum tenor sequitur in hec verba: *1.* In primis siquidem statuimus et ordinamus, ne quis in curia nostra de una citacione simplici et eius transsumpto ultra duos denarios Trever(enses) presumat exigere. Similiter nec de una simplici contumacia vel agravacione. De citacionibus vero duplicibus et aliis actis iudicialibus, puta recessibus et similibus, ordinamus, ut moderatum, nullo modo excessuum salarium capiatur labore negocii, qualitate cause et personarum condicionibus sollerter pensatis et attentis, ut partes non iuste possint conqueri se gravatas. *2.* Item statuimus et ordinamus, ut quelibet citacio causam petendi contineat vel saltem rem petitam, ut deliberare valeat ad iudicium evocatus. *3.* Item nulla scribatur citacio, nisi contineantur in ipsa dierum pro loci

distancia conpetentia intervalla. *4.* Item statuimus, ne quis notarius contumaciam scribere presumat, nisi sibi constet, quod fuerit obtenta iudice pro tribunali sedente. *5.* Item nullus scribat contumaciam, nisi sibi de execucione citacionis prius evidenter constiterit vel per rescripcionem citantis sui vel alterius sigillo munitam [vel][b]) per relacionem iurati nuncii, qui citaverit, si citatio facta fuerit viva voce. *6.* Item statuimus et volumus, ne aggravacio contra excommunicatum recipiatur nisi demum lapsis adminus quindecim diebus a data et post datam contumacie numerandis et hoc, si excommunicatus infra miliare larem foveat; quodsi ultra miliare habitaverit, lapsus mensis omnimode exspectetur. *7.* Item generales citaciones de cetero fieri interdicimus, nisi fiant secundum formam in registro curie nostre novo, quod fieri volumus, inserendam, nec illi citacioni stare volumus, nisi iuxta tenorem mandati rescripcio reportetur. *8.* Item nuncii curiarum a rixis, insolenciis, collusionibus et inhonestis societatibus se abstineant, curialiter se etiam habeant et sollerter in mandatis exequendis ac requisicionibus, responsionibus et relacionibus faciendis earundem incurialitate et protervia, si per eos conmissa et per nos conperta fuerit, graviter punienda. *9.* Item volumus et ordinamus, ut nuncii et litterarum portatores pro leuca salario duorum denariorum ad plus sint contenti, nisi per nos aut alios offic(iales) seu iudices ex iusta causa merito monente maius salarium fuerit moderatum. *10.* Item statuimus et ordinamus, quod quilibet notarius acta iudicialia cause, in qua ad scribendum erit assumptus, apud se ultra biduum non teneat sed infra biduum ea scripta parti tradat requisitus recepto conpetenti salario vel de ipso sibi satisfacto et hoc, nisi tempus prolixius pro modo et qualitate negocii a nobis petitum et per nos sibi specialiter concessum fuerit et indultum. *11.* Item quilibet notarius aut nuncius citacionem aut alia acta conscribens nomen suum et cognomen, ut boni inter alios et scriptores ea scribentes cognosci valeant, subscribere teneatur. *12.* Item statuimus et ordinamus, ne quis testium examinator in civitate Trever(ensi) vel in suburbiis pro examinacione unius testis ac scriptura deposicionis eiusdem, si solus fuerit examinator, ultra quatuor Anglicos Trever(enses), si vero cum socio ultra sex capere quovis modo presumat, nisi ex qualitate et quantitate negocii ac pers[o]narum[b]) condicionibus nos seu alii officiales seu iudices moti aliter decrevimus specialiter moderandum. *13.* Item statuimus et ordinamus, ut ea, que coram nobis viva[f]) voce proponentur, in quibus partes persistere voluerint, notarius per partes electus vel per nos datus signet seu summet partibusque, si audire voluerint, legat, antequam de iudicio recedat et priusquam in formam ordinatam et consuetam describat. *14.* Item statuimus et ordinamus, ut notarii quelibet iudiciorum acta et scripturas suas ad originalia bene conferant, perlegant et corrigant diligenter, ut nichil viciosum remaneat in eisdem. *15.* Item ordinamus, ne cui quisquam de recessu credere teneatur, nisi quatenus per scripturam actis insertam vel litteram sigillatam clare constabit. *16.* Item statuimus, ne quis pro summa circa

XX^{ti} solid(os) Trever(enses) consistente libellum corrigere conpellatur; voce viva vero proposita per sinodum simplicis peticionis, ut sciatur, super quibus sententia ferri valeat, in actis redigantur parsque rea suis sumptibus copiam habeat de redactis. *17.* Item volumus, quod in termino citacionis reo conparenti libellus offeratur aut saltem ad tardius sequenti die dicto reo, si voluerit, porrigatur. Ulterius autem expectare libellum non teneatur nisi salvis expensis dicti rei. *18.* Item statuimus, quod, cum partes acta sua nobis proferenda diffinitiva aut interlocutoria sententia presentare habebunt, ea sigillata secundum datas temporis ordinabiliter et alias apte conponant. *19.* Item volumus et precipimus, ut executores nostrorum mandatorum illa diligenter iuxta tenorem eorundem exequantur singulis diebus dominicis et festivis in missa voce alta in facie ecclesie excommunicatos et aggravatos, qui fuerint nunciantes. Alioquin contra ipsos executores ad penas canonicas, prout suadebit ordo iuris, firmiter procedemus. *20.* Item statuimus et ordinamus, ne intra cancellos seu parietem curie nostre nobiscum nisi advocati, procuratores et notarii, qui non sunt nuncii, et illi, qui per nos specialiter ad iudiciales actus conscribendos erunt assumpti, introeant quovis modo, nisi eos per nos specialiter vocari contingat. *21.* Item hostia cancellorum duo nuncii custodiant, qui partes extra cancellos stantes, cum vocabuntur, admittant, hostiaque per ipsos septimanatim custodientur, ita quod duo prima septimana, duo secunda et sic deinceps fores [c]) custodient, et expleto numero revertetur ad primos circulatim. *22.* Item precipimus, ut quilibet rector ecclesie registrum excommunicatorum habeat et habere de cetero non omittat. *23.* Predicta statuta et ordinaciones nedum in curia nostra inviolabiliter servari volumus et mandamus, verum eciam in curiis archidyaconorum ecclesie Trever(ensis) et in ecclesia. Quos seu ipsorum iudices rogamus, requirimus et hortamur, quatenus de predictis ordinationibus copiam accipiant et ea secundum quod eorum auditoria paciuntur — quod dicimus propter quedam superius nominata, puta illa, que de cancellis et cancellorum custodibus statuuntur, que forte non possint in suis auditoriis observari —, diligenter observent, ut et ipsi calumpnias pro sua possibilitate depellant, finem litibus imponant ac in uberiori pace et tranquillitate confovere ac a laboribus et expensis valeant relevare subiectos. *24.* Insuper districte precipiendo mandamus, ut quilibet coram nobis nuncios, procuratores, notarios et alios, qui has nostras ordinaciones et statuta transgressi fuerint aut ea in toto vel in parte violaverint, accusare seu deferre secrete vel publice teneatis. In quorum omnium evidenciam et maiorem roboris firmitatem presencia statuta huic carte inseri et sigillo curie nostre fecimus conmuniri.

Datum Trever(is) anno domini M^{o}CCC^{o}XLIIII^{to} die penultima mensis augusti.

l) *Ueberschr.:* Statuta mea prima, cum essem offic(ialis) de novo factus. + a) *fehlt.* + b) persanarum. + c) *K.*

773. [1344 August].

Bedenken Trierer Ursprungs für den Kölner Fürstentag zu den Kaiser Ludwig von der Kurie gestellten Sühnebedingungen, glossiert von Rudolf Losse.

D 148 (I[1]) und D 149 (II und III)[11]) Urschrift = v. Weech 130 (dazu bei Müller II 332 f. Verbesserungen, die hier vermehrt sind). — Alle Nachträge sind von Einer Hand (Müller 332 zweifelt daran) und zwar nicht von des Kanzlers Wiker sondern von Losses Hand. Der letzte im 1. Teil ist etwas später geschrieben als die anderen, wohl nach den Kölner Verhandlungen.

I[1]). ⁴ *1.* Primus preiud(icialis), quia a(.....)[a]) ex diversis causis, que non sunt in isto L(udowico) s(.....)[b]). *2.* II[us] const(....) et dicti [. .][c]) omnis in omnibus preiudicial(is). ⁴ 3. Infrascripti articuli videntur esse preiudiciales electoribus et imperio, videlicet in secundo procuratorio [1]) tercius articulus et est bimembris, sed secundum membrum includitur sub priori et est talis ⁴ si[. .]ticens *(?)* ⁴[d]), scilicet quod quecumque facta per dominum Ludowicum sub titulo imperiali vel regali sint nulla, cassa et irrita, cum ⁴ tamen ⁴ adminus pro aliquo tempore valere deberent ⁴ iuxta iura et consuetudines principum et imperii et diffinitionem factam in Rense ultimo per eosdem ⁴ [2]). 4. Item IIII[us] articulus satis includitur sub tercio ⁴ et sic etiam erit et est preiudicialis ⁴. V. Item quintus est preiudicialis in hoc, quod innuit dominum L(udowicum) absolvi debere, quia per hoc tacite confitebitur sententias et processus tenuisse. Item in hoc, quod possit de gracia et beneplacito domini pape prius facta de novo concedere, quasi diceret, quod non possit absque gratia et cetera. ⁴ Primum[a]) membrum huius articuli potest dimitti ⁴. 6. Item sextus videtur preiudicialis propter eius nimiam generalitatem et comprehensionem. Item in hoc specialiter, quod dominus L(udowicus) recognoscet Romam, regna, provincias et cetera in articulo contente ad ius et proprietatem Romane ecclesie cum omni plenitudine et iure plenissimo pertinere, ⁴ de quibus non constat principibus, unde expediret doceri de ipsis ⁴. 7. Item septimus quasi dependens ex sexto in multis est preiudicialis et specialiter ⁴ in eo ⁴, quod dicit, quod dominus L(udowicus) nullum dominium, iurisdictionem, prioritatem, superioritatem servit, item potestariam, capitaneatum vel officium quodcunque accipiet vel exercebit per se vel alios in predictis Roma, regnis et cetera nec eciam fidelitatem, recognicionem, advocacionem et cetera, eciam si ei offerretur nec ius qualecumque recipiet, acquiret seu exercebit nec concedet recipi et cetera. 8. Item VIII[us] in eo, quod dicit ‚domino suo', cum iurisdictiones sint distincte, ⁴ et videtur papa velle, quod rex Romanorum et imperator eius sit vasallus et sibi ad iuramenta fidelitatis teneatur, contra quod dominus H(enricus) 7[us] protestabatur, ut patet in Cle(mentinis) De iureiurando ⁴ [3]). 9. Item ad nonum addatur ‚scienter'. *10.* 14. Item XIIII. in hoc, quod innuit ut extunc latam sentenciam excommunicacionis et interdicti. Item quod papa poterit procedere contra L(udowicum), prout sibi placuerit et videbitur expedire, eciam privando ipsum qualibet dignitate et honore absque alia vocacione vel iuris sollempnitate quocumque momento. Item quod cogetur stare assercioni simplici

domini pape. *11.* 17. Item XVII[us] in hoc, quod recognoscet sentencias et processus per felicis recordacionis dominum Henricum ultimum, ⁅ de quibus nil ad ipsum, ⁆ vel per ipsum L(udowicum), alium vel alios ipsorum vel alterius eorum nomine latas seu factas in Roma, regnis et cetera fore nulla. Item in hoc quod dicit, si alique fidelitates, homagia, obediencie, advocationes, donationes, occupationes seu concessiones a predicto domino H(enrico) vel L(udowico) facte vel recepte ⁅ existant ⁆ pro Roma, regnis et cetera vel pro quibuslibet rebus et iuribus in eis constitutis a quibuscunque, quod eciam illa sint nulla ⁅ et cetera. Videtur, quod si L(udowicus) hoc fecerit, quod etiam successorem idem iurare oporteat[e]), quia ista faciat non pro emenda sed ex debito in eius assumptionem et cetera ⁆. *12.* 18. Item XVIII[us] in eo, quod non amministrabit tytulo regali sine pape licencia speciali. *13.* 19. Item XIX[us], quod oportebit L(udowicum) impetrare a papa licenciam amministrandi, ⁅ concordat cum tercio et, quia dependet ab ipso, ergo preiudicialis, ut ibi notavi ⁆. *14.* 20. Item XX[us] in eo, quod L(udowicus) non ingredietur partes Ytalie nec in eis amministrabit aut disponet sine licencia et cetera. *15.* 21. Item XXI[us] cogit eum subire periurium, cum primo iuraverit principibus et cetera. Item adversus futura videtur viam periuriis apertius aperire, quia contenta in procuratorio vult fore exclusa a factis et faciendis iuramentis, ita quod contenta teneatur servare ⁅ item obst(antibus) iuramentis prestitis ⁆ in contrarium <in> preteritis vel futuris, ⁅ cum priora iuramenta licita de iure essent merito observanda ⁆. *16.* 23. Item XXIII[us], quod L(udowicus) procurabit, quod principes et barones de Alamania iurent et litteras dent, quod, si L(udowicus) non servaret omnia, ipsum non iuvent, sed contra eum erunt ⁅ et sic quodammodo facta per ipsum L(udowicum) approbare videbuntur ⁆. *17.* 24. Item XXIIII. articulus viam videtur periuriis aperire et fideles imperii ab eius fidelitate abstrahere. *18.* 25. Item XXV. manifeste preiudicialis est in eo, quod omnes precedentes articuli declarationi, interpretationi, correctioni, suppletioni et ordinationi domini pape subiacerent; ⁅ sic[f]) procederet articulus, sicut iacet ⁆. *19.* 26. Item XXVI. articulus dependet ex precedentibus preiudicialibus seu complectitur preiudiciales articulos precedentes et videtur preiudicialis in eo maxime, quod ipse L(udowicus) tenebitur domino pape prestare iuramenta[g]), prout ipsi pape prestanda videbuntur, et alias ipse articulus nimis generalis videtur. *20.* 28. Item XXVIII[us] articulus valde preiudicialis existit propter eius nimiam extensionem et quia omnia contenta in procuratorio ex nunc prout ex tunc rata et indubitata habere debebit et quod omnes promissiones, iuramenta, annullationes, abolitiones, declarationes, emendationes et alia multa, que sui procuratores fecerint aut ⁅ se ⁆ facturos promiserint, ipse L(udowicus) in propria persona coram papa, ubi et quando pape expedire videbitur, de novo firmabit, ratificabit iuramentis et litteris suis et cetera et sic tytulo regali vel imperiali recognoscet et faciet preiudicialia supratacta, ⁅ postquam erit in statu, et sic successor promittens ea, que fecerunt ante-

cessores, eciam tenebitur ad istud ᵓ. *21.* 29. Item XXIX^us preiudicialis existit in hoc, quod L(udowicus) supplicabit pro absolutione et abolitione <et abolitione> omnium sententiarum et processuum promulgatorum per Io(hannem) papam contra ipsum, quia per hoc innuit tenere processus, qui continent ad minus quatuor preiudicialia subscripta. *22.* In processibus namque domini Io(hannis) XXII. videtur innui, quod intencionis eius fuerit, quod vacante imperio dominus papa habeat amministrationem regni et imperii. Item quod quis in regem Romanorum electus, maxime in discordia, non possit amministrare, nisi eius sit approbata persona et electio admissa per papam. Item quod ante huiusmodi admissionem et approbationem sibi assumere non debeat tytulum regium. Item quod papa puniat et possit punire obedientes et adherentes ipsi electo ut regi. Item quod electus stare debeat iuri coram papa et quod eius arceatur citationibus, eciam si solum in curia publicate existant. Item nota, quod papa intendit, quod imperator sit vasallus ecclesie et quod <ᵊ ei ᵓ> ᵊ ad ᵓ[h]) iuramen ᵊ ta ᵓ fidelitatis teneatur eidem, ᵊ quamvis sic ab antiquo non fuerit reputatum ᵓ. *23.* ᵊ Nota, quod omnes principes hos articulos et eorum admissionem dissuaserunt ᵓ.

II.^II) *1.* 60. In primo procuratorio [1]) preiudicialia videntur inter cetera in eo quod in LX^0, articulo innuitur supplicari debere per L(udowicum) pro absolutione et relaxacione sententiarum et processuum Io(hannis) pape, quia et cetera ut supra in XXIX^0 secundi procuratorii. *2.* 62. Item LXII^us articulus in hoc, quod L(udowicus) recognoscet et confitebitur, quod partes Ytalie intravit ibique amministravit contra mandatum Io(hannis) pape XXII., ᵊ cum forte <pape> rex ei in hoc non teneatur obedire ᵓ. *3.* 64. Item LXIIII. in hoc, quod principes Alamanie et[i]) barones[i]) supplicabunt pro absolutione L(udowici) et sua assumptione ad famam, honorem et[i]) statum, maxime in hoc, quod dicit statum, ᵊ sicque quodammodo principes videntur fateri sententias et processus tenuisse et facta preiudicialia in articul(is) contenta saltem t[a]cite approbare ᵓ. *4.* 67. Item LXVII^us in hoc, quod L(udowicus) confessiones, excusationes, promissiones, iuramenta, obligationes et cetera faciet propria in persona coram papa vel alias, ubi et quando pape videbitur expedire et ipsas confessiones, promissiones, obligationes et cetera de novo firmabit, approbabit et cetera suis iuramentis et litteris, prout placuerit pape. Et sic papa recipiet talia post sublationem omnium sententiarum et processuum a domino L(udowico) ut a rege Romanorum vel imperatore ac per consequens ᵊ oportebit ᵓ futurum regem vel imperatorem facere et iurare, que eius fecit et iuraverat antecessor.

III. Quia igitur in premissis magnum imperio et principibus vertitur periculum, ideo maturius est agendum. *1.* Si enim dissuaserint principes, ne iuxta articulos procedat reconciliatio[k]), tunc papa et curia se reputabunt offensos et libertatem Romane ecclesie ac reconciliationem[k]) per principes impediri. Si vero suaserint et admiserint, tunc imperio et sibi ipsis et ecclesiis suis et principatibus magnum dampnum et preiudicium generabunt

non absque eorum infamia, qui nunc presunt. Si autem nullum consilium vel remedium impendiderint aut adhibuerint, tunc formidandum est, quod dominus L(udowicus) propter statum suum pacificum premissa aggrediatur et hoc iterum erit imperio et principibus preiudiciale et dampnosum. *2.* Videtur igitur oportere fieri sollempnem ambassiatam ex parte principum ad papam ad informandum eundem de iuribus et consuetudinibus principum et quod nonnulli[i]) articuli procuratoriorum sint nimis preiudiciales eisdem ac iuribus et consuetudinibus imperii et principum. Si[l]) p(ro) q(uia) q(uia)[i]) quo ad successores eciam non delinquentes ad consequentiam traherentur, et quod si talia procedere deberent, esset destructio ⁅Germanici⁆ populi atque regni, cum non haberent capud defendens aut ius dicens eisdem nec ⁅suc[ces]so[ribus]⁆ permitteretur talia iurare sedi, cum statim post electionem contrarium scilicet de observandis iuribus et consuetudinibus imperii principibus iuravisset. Quod iuramentum tamquam primum licitum esset merito eciam, si postmodum iuraretur contrarium utique observandum. *3.* Item secundo videtur, quod eciam expediat, quod principes pro se et ecclesiis suis inscriptis publice protestentur, quod placeat eis, quod dominus L(udowicus) suos excessus et delicta, quos notorie contra Romanam ecclesiam perpetravit, emendet, ut decet, dummodo emenda huiusmodi et recognitiones, iuramenta et obligationes et cetera in preiudicium electorum principum nec non futurorum regum et imperatorum ad consequentiam non trahantur ⁅nec successores ad similia asstringantur⁆, et quod, si qua sive per dominum papam vel sedem apostolicam sive per dominum L(udowicum) aut suos procuratores fierent preiudicialia, quod in illa[m]) ipsi principes non consentiunt, quin immo eis modis et formis, quibus melius fieri poterit, expressius contradicant. *4.* Item quod dominus papa sub bulla asserat ⁅et protestetur⁆ se velle iura et consuetudines principum et imperii illibata et <in concul> inconcussa ab omnibus perpetuo observari non obstantibus recognitionibus, obligationibus, iuramentis domini L(udowici) predicti et in contextu inserantur. *5.* Item ipse dominus L(udowicus) in principio cuiuslibet sui procuratorii protestetur id ipsum, videlicet quod propter eius excessus contra sedem apostolicam in hoc, quod fecit antipapam et cetera, perpetratos in emendam deo et sedi apostolice dedit talibus potestatem recognoscendi et cetera protestans expresse in contextu procuratoriorum, quod pro ea, que ipse ⁅aut sui procuratores⁆ fecit ⁅aut fecerint⁆ et facient, non intendat neque velit suis successoribus aut iuribus et consuetudinibus imperii vel principum preiudicium aliquod generari et[l]) quod[l]) nec dominus papa nec ipse velint premissa quoad quosvis alios ad consequentiam ullam trahi, que ipse L(udowicus) propter suos excessus et offens[a]s facit specialiter in emendam. *6.* Item ne L(udowicus) recipiat reconciliacionem[k]) seorsum, poterit caute premuniri, quia, si fecerit et recognoverit processus Io(hannis) veros, per quos omni iure privatus existit, erit in periculo, ne alter contra ipsum illico erigatur, in quo tamen principibus esset periculum facti et iuris

pretendente semper sede apostolica, quod talem ex talibus causis, scilicet quia amministravit, privaverit et principes ob hoc alium elegerint, et sic processus apostolicos et in eis contenta receperint et admiserint ˂eosque facto realiter approbarint˃. *7.* Item ipse L(udowicus) per se et suos sollempnes utique agi et peti faciat, quod preiudiciales articuli omnimodo vel saltem e[n]) parte maxima deponantur et emende personales, qua[s] sufferre poterit, augeantur.

I) *Ueberschrift (unter den nachgetragenen Kapiteln 1 und 2):* Articuli preiudiciales imperio et prin(cipibus) contenti in procur(atoriis), per papam petiti. + II) *Ueberschr.:* Articuli preiudiciales principibus et imperio *(das Folgende wohl etwas später hinzugefügt)* et ne fiat concordia et de cautelis. + a) *unlösbare Kürzung* (articuli*?*). + b) sb *und* danach *Kürzung für* er. + c) dc*(?)*i, *darüber* e (t *oder* x), *danach* o(mn)is *oder* o(n)is. + d) Primum — dimitti *am Rand ohne Verweisungszeichen nachgetr.* + e) *das Folgende ist bisher irrig zum nächsten Artikel gezogen worden.* + f) c *durch Punkt getilgt?* + g) *aus* iuramentum *? korr.* + h) *von L. aus* aiuramento *korr.* + i) *von 1. Hand nachgetr.* + k) *aus* reconsil. *korr.* + l) Si — quia *unklar.* + m) *aus* nulla *korr.* + n) *wohl nachgetr.*

1) *vgl. Müller II 316 ff., 342 f., Rümler 151 f.* ∞ 2) *das Weistum vom 16. Juli 1338?* ∞ 3) *c. un. Clem. II 9.*

774*. *Bernkastel 1344 September 16.*

Erzbischof Baldewin, Statutum Mauritianum (Dudum quod). ***K 326; Blattau nr. 39 (aus Handschriften u. Drucken).***

775. *Eltville [1344] September 21.*

Erzbischof Heinrich III. von Mainz gibt Otto, dem Kellner in Amöneburg, Anweisung für eine dortige Tagung.

Orig. auf Papier (je 2 mal quer und längs gefaltet, ohne erkennbare Verschlussschnitte und ohne Spuren des rückwärts aufgedrückt gewesenen Siegels) in Mainz, Stadtbibliothek, Depot des Altertumsvereins im Stadtarchiv = Abschr. in Kindlingers Sammlungen in Münster II 136 (vgl. Nr. 741) S. 73 nr. 10. — Terminus post quem für die Einreihung ist des Adressaten Amtsantritt am 13. August 1339 (vgl. Nr. 741). Ein Aufenthalt des Ausstellers zu Eltville ist in den folgenden Jahren nur 1340, 1343 und 1344 möglich oder bezeugt. Die Entscheidung für 1344 bringt eine Wetzlarer Stadtrechnung dieses Jahres, die einige Zeit vor ihrem zu Martini erfolgendem Abschluss der Amöneburger Tagung gedenkt (Wiese Urkundenbuch der Reichsstadt Wetzlar I [1911] 598 c. 3: Item Conrado de Caczinfurt et Conrado centurioni IIII libras, dum iverunt Ameneburg ad placitum domini Moguntini et ad civitates*).*

Heinr(icus) archiepiscopus Mogunt(inus). Otto noster in Ameneburg cellerarie! *1.* Tibi mandamus, quatenus d[i]ligencius disponas in opido nostro ibidem, quod nulli homines armati pro die placiti instanti, que erit in die beati Ieronimi[1]), ante adventum nostrorum amicorum per nos illuc ad eandem diem destinandorum intromittantur exceptis nostris officiatis et familiaribus, qui, si [ve]nerint et quando, debebunt intromitti. *2.* Scias eciam, quod Rupertus comes de Virnenburg ad diem placiti predictam non veniet, sed mittemus illuc Iohannem de Waldecke nostrum marschalcum et Iohanne[m] de Beldirsheim. *3.* Volumus eciam, ut runcinos quoscunque tibi de[a]) partibus Thuringie presentandos recipias [nomi]ne [nost]ro et conserves, qu[o]usque a nobis aliud receperis in mandatis.

Datum Eltevil ip[sa] die beati Mathei apostoli et ewangeliste.

Rückwärts: Ottoni nostro in Ameneburg cellerario.

a) d *aus* p *korr.* + b) *am unteren Rande von anderer Hand* <p presentetur *(?)* Ottoni cellerario in Ameneburg quiario *oder* pniario *(darüber* ur- *Zeichen; gemeint* questuario *?)*>.

1) *September 30.*

776. *1344 September 24.*

Notariatsinstrument über die Ablehnung zweier Briefe des Erzbischofs Heinrich von Mainz durch den Bischof Gerhard von Speyer.

Orig. (das Notariatssignet ein Pentagramm mit aufgelegter Blume, auf der Basis Ulrici *[*o *über* V*]) in Stuttgart, Stift Oberstenfeld.*

In nomine domini amen. *1.* Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate domini millesimo CCC^{o} XLmo quarto, indictione XIII^{a}, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Clementis pape sexti anno tercio, octavo kalendas octobris, quod fuit vicesima quarta die mensis septembris, orto iam sole in antemurali castri dicti Kestenburg vulgariter vorhof dicto ante domum, que dicitur iuncherren Arnoldes hus von Engazzen, coram reverendo in Christo patre et domino domino Gerhardo electo et confirmato ecclesie Spiren(sis) in mei notarii infrascripti ac testium subscriptorum presencia constitutus Fridericus Rûggeri Wimpin(...) clericus coniugatus nuncius specialis pro tunc, ut asserebat, reverendi in Christo patris ac domini domini Heinr(ici) sancte sedis Mogunt(ine) archiepiscopi quandam litteram ipsi domino Spiren(si) ex parte domini Mogunt(ini) memorat[i presen]tavit, cuius tenor per omnia fuit in hec verba: ‚Venerande — — quarto'[1]). Preterea fuit scriptum ‚Heinr(icus) archiepiscopus Mogunt(inus)'. *2.* Quam litteram ipse dominus Spiren(sis) propria manu tractavit et perlegit necnon reservavit. Tunc Fridericus nuncius prelibatus quesivit ab eo responsum. Tunc dominus Spiren(sis) dixit hec verba: ‚Ich wil tûn, daz reht ist, und wil ez vor minen herren von Meyncze selber verantwûrten'. *3.* Fuit autem eadem littera sigillata sigillo rotundo ex virida cera tergotenus appresso continens in medio ymaginem episcopi infulati et ornat(ibus) episcopalibus induti usque ad partem quasi umblici habens a parte cordis rotam et fuit circumscripcio in hec verba: ‚Sigillum secretum Heinr(ici) Mog(untini) archiepiscopi'. *4.* Hiis habitis Fridericus nuncius sepedictus aliam litteram sive mandatum quoddam[2]) tenuit in manu pendenti sigillo sigillatam eodem, quo et prima, quam exhibuit eciam domino Spiren(si) sepedicto dicens: ‚Domine, vidistis illam eciam prius'. Ad quod nichil respondit, nisi quod dixit hec verba: ‚Ich ker mich nihtz an iuch procuratores; ich wil minem herren von Meyntz selber antwûrten, als er mir geschriben hat; wol dan mit mir iegenot zû im!' Et statim arripuit iter versus Frankenfurt, ut dicebatur. *5.* Fuit autem littera eadem, quam recipere noluit nec legere, continencie in hec verba: ‚Heinr(icus) — — quarto'[2]). *6.* Acta sunt hec, ut premittitur, anno, mense, die, hora et loco prenotatis presentibus discretis viris domino dicto Volrot capellano domini Spiren(sis) et Ebirhardo de Kyrchhusen armigero ad premissa vocatis pro testibus et rogatis.

Et ego Ulricus[a]) dictus Husar de Gamundia Aug(ustensis) dyocesis publicus imperiali auctoritate notarius, quia premissis omnibus, videlicet litterarum presentacioni et responsionibus ad eas factis, una cum dictis testibus presens interfui, vidi et audivi ea sic fieri, ideo presens instrumentum propria manu conscripsi et litteras predictas vidi, legi et manibus meis tractavi et ipsas exemplavi atque copiavi considerans sigilla cum circumferenciis earum de verbo ad verbum nil addendo nec minuendo, quod alteri parcium prodesse poterit vel obesse, et in hanc publicam formam redegi signoque meo solito signavi rogatus et requisitus in testimonium super eo.

a) o *über* V.

1) *Nr. 770.* ∞ 2) *vgl. Nr. 770 N. 1.*

777. *1344 November 9.*

Bruder Heinricus *Prior des Karthäuser-Marienhauses von* Macourt *(M-t) bei* Valench(ene) *(Valenciennes) und der Konvent machen ihren teuersten Herrn Erzbischof Baldewin zum Danke dafür, dass er ihrem Orden so zugetan sei, dass* ad ipsum tamquam ad singulare refugium in terris omnes persone ordinis accedentes eum propicium reperiunt et suorum negociorum fidelissimum promotorem, sicut nuper in negocio, quod apud dominum regem Bohemie habebamus, certo didicimus experimento, *aller ihrer geistlichen Güter gleich den Gründern ihrer Kirche teilhaftig und verheissen, ihn nach seinem Hingang,* quem dominus prosperum faciat et felicem, *in ihre Bücher einzutragen und sein Anniversar zu begehen.* D. cum apposicione sigilli domus nostre — — a. d. *1344.* feria tercia ante festum beati Martini episcopi hyemalis. — *Orig. (mit hängendem Siegel) in Koblenz, Abt. 1 A I nr. 1202[e].*

778. *1344 November 16.*

Richm(ut?) vom Hain *Ritter* Heynm(ans) vom Hain *Witwe, ihr Eidam* Cr(istian) *von* Kutzeleben *sowie* Elzeb(eth) *und* Heynman *dessen Frau und ältester Sohn verkaufen dem* erbern manne meistere Rod(olf) Lossen obirste offic(ial) und richtere der stat und des stiftes zu *(o über* u*)* Triren, *dessen Bruder* Herman *und ihren Erben mit Gericht, Dienst und allen Rechten sechsthalb Hufen* eygens landes uf dem velde, daz man nennit an dem Ramsela, by Metebach *(M-ch)* gelegin, *22 Schillinge, 22 Hühner und 11 Gänse; von einer weiteren Hufe zahlt* der Iutte *(e über* u*)* Almern *4 Schillinge* zu zwen geziiten, *4 Hühner und 2 Gänse zu St. Michael, von je einer weiteren halben* Lud(wig) Sne, Rysscheit der smyt, Wynrisleib, Fruweuf *(o über 1.* u, e *undeutlich),* More, Herman Bysschof und Huvener *(o über* u*) je 2 Schillinge, halb und halb zu St. Walpurgis und St. Michael, 2 Hühner und 1 Gans auf St. Michael; der Kaufpreis beträgt* sechs lodige marg ane eynen virdung *im Werte von 35 Schillingen weniger 2 Pfennige; auf zehn Jahre erhalten die Käufer als Unterpfand für das letztgenannte Gut* $^3/_4$ *vom Besitz der Verkäufer zu* wennigin Balnhusen *(Klein-Ballhausen)* in dem felde, *für das Gut* zum *(o über* u*)* Ramsela *35 Schillinge* an den dren virdeiln landis, der zen acker gent in den Heibach, funfe orten dar uf und achte ackere die gent uf daz gehege zu *(o über* u*)* grozzin Balnhusen *(Gross-Ballhausen)* und stozzint uf den dorf grabin. *Siegler: auf Bitten der Aussteller, die kein Siegel haben, zum Zeugnis deren liebe Freunde und Magen* die erbern und gestrengen lute her Kon(rad) von Stuternheym, der Balnhusen itzunt inne hat, Dytherus von Beringen knecht und bruder Lud(wig) von Gruzzen *(o über* u*)* kummertur zu Tophstete, *die beiden letzteren Neffen ihrer* mumen *(o über* u*)* Richm(ut?). *Datierung:* Der gegebin ist do man zalte nach Cr(isti) geborte dritzenhundert iar und dar nach in deme vir und virzig(esten) iare des nehesten dinsdages vor sent Elzeb(ethes) dage der heiligin frowin. *Ueberschr.:* Scripte sunt *(Nr. 778 also wohl Reinentwurf);* [h]as *(oder* [du]as*?)* litteras habet P(er)dicz *(lies* Pordicz*)* ab utraque parte. — ***D 70.***

779. *Fulda 1344 Dezember 1.*

Abt Heinrich VII. von Fulda teilt dem Trierer Offizial Rudolf mit, unter welchen Bedingungen er die Pfarre in Florstadt erhalten und Fuldische Güter in Sonneborn pachten könne.

K 336[1]).

Salutacione nostra debita premissa. Honorabilis magister Rudol(fe) Lozse, offic(ialis) curie Treverensis, clerice noster dilecte! *1.* De promptitudine obsequii vestri quantumcunque eciam laboriosi semper certi fuimus et adhuc sumus et vellemus huiusmodi obsequii promptitudinem, quando facultas nobis adesset, nostris libenter favorabilibus et effectivis promocionibus repensare. *2.* Scire vos affectantes, quod ecclesia parrochialis in Flachstat vacans ex morte quondam magistri Dithmari dicti Mßlen nepotis vestri, ut nobis scripsistis[1]), collata est illi de Stekilnberg[a]) canonico Mogunt(ino) per prepositum monasterii Novi montis prope Fuldam nobis subiecti, ad quem ius patronatus eiusdem ecclesie dinoscitur pertinere, ita quod de provisione ipsius pro[b]) nunc disponere nil habemus. Sed si per viam inpetracionis in Romana curia aliquod ius vel eciam gratiam acquirere possetis, ad hoc vos vellemus multa promptitudine promovere, presertim cum ipsum beneficium vos gauderemus pre cunctis aliis[c]) nostris clericis et familiaribus possidere. *3.* Noveritis eciam, quod magister Bertoldus de Frymaria cantor Ysenacen(sis) clericus noster et Hermannus frater vester concordaverunt mutuo contractu empcionis bonorum in Sůnneborn ad nos ex morte quondam Henr(ici) de Hayn concanonici vestri ibidem devolutorum ita quod pro empcione eorundem dabitis octoginta et quatuor marcas argenti puri et possidebitis ea pleno iure, sicut idem Henr(icus) ad tempora vite vestre, hoc adiecto solum, quod redditus et proventus dictorum bonorum qualitercumque cedentes, si infra annum a tempore solucionis pecunie et consumacionis contractus huiusmodi, quod absit, ab hac luce vos migrare contingerit, vestris disposicionibus penitus relinquantur et quod municiones nostre vobis et fratri vestro contra illos de Wangeheym et alios quoscunque sint aperte, qui vobis in dictis bonis seu redditibus iniuriari presumpserint aliqualiter seu conentur. *4.* Unde super contractu premisso et aliis articulis circa ipsum scilicet necessariis, prout cautus esse volueritis, poteritis conficere notulam et[c]) ad transscribendum ac ingrossandum eandem nobis, quandotocius hoc fieri placuerit, destinare. Nam graciosius et remissius propter affectum, quem ad vos specialem gerimus, quam alicui nobis noto vobis[c]) vendidimus eadem bona nostra.

Datum Fulde nostro sub secreto in[d]) crastino beati Andr(ee) apostoli.

I) *Ueberschr.:* Hanc misit michi dominus Fulden(sis) anno 44. *(bis hierher mit hellerer Tinte geschrieben)* super Flarstad et empcione bonorum in Sunneborn. + a) *aus* Stokilnberg *korr.* + b) pro nunc *über getilgtem* ad presens *nachgetr.* + c) *nachgetr.* + d) in — apostoli *nachgetr.*

1) *Brief unbekannt.*

780*. *Trier 1344 Dezember 16.*

Erzbischof Baldewin an den Klerus der Diözese Trier. ***D 126*** *= Winkelmann II nr. 1157, vgl. Sauerland III nr. 1145 Reg.*

781. *[1344 nach Juni].*

Gutachten eines Ungenannten an den Offizial der Trierer Kurie in dem vor ihm schwebenden Prozess zwischen Cristina *und* Hennekinus ≺Iohannes≻ Kelner: *C. ist* a. dom. *1343. von H.* super matrimonio per verba de presenti *vor den Offizial von Koblenz* (Confluentinus) *gezogen und dem H. als Gattin zugesprochen worden, da H.s Zeugen alle aussagten, der Vertrag beider sei 1339 oder 1338 erfolgt, während für C.s Behauptung, dass sie schon vorher mit* Henricus dictus Vrie de Beye contraxit, *nur ein Zeuge eintrat; bei ihrer Appellation hat sie nun aber mit noch anderen Zeugen bewiesen, dass sie bereits 1336 mit* Henricus per verba de presenti carnali copula contraxit; *da die erhobenen Einwände nicht Stich halten, ist zu Gunsten C.s zu entscheiden.* Quoniam ex facto — — benigne supplentes; *ohne Datierung.* — ***D 145****, Entwurf.* — *Nrr. 781 f. sind überliefert in einer Lage, die, abgesehen von der Mitte (fol. 101—105), fast nur Stücke aus den Jahren 1337—1344 enthält. Da sie offenbar zu den Offizialatsakten L.s gehören, müssen sie nach dem Eintritt L.s in sein neues Amt (Sommer 1344) angesetzt werden. Dazu stimmt, dass in Nr. 781 das Jahr 1343 wohl als abgelaufen erwähnt wird.*

782. *[1344 nach Juni].*

Gutachten eines Ungenannten in der Streitsache zwischen einem abbas *und einem ≺Herrn≻* Gotfridus, *der in die Kosten verurteilt ist.* Item non obstat — — sufficiant de presenti; *ohne Datum.* — ***D 146****.* — *Zur Datierung vgl. Nr. 781.*

783. *[1338—1344].*

Engelbertus de Marka *Propst von St. Martin in Worms* (Wormaciensis) *verpachtet die zu seiner Propstei gehörenden Zinsen und Güter* in opido Bopardiensi *(Boppard) samt dem zugehörigen Hof daselbst, die jetzt dem ehrenwerten Herrn* Levoldus canonicus ecclesie nostre Leodyensis *(Lüttich) auf Lebenszeit verliehen sind, nach dessen Tode auf sechs Jahre für je am Feste Reinigung Mariae fällige 400* floreni aurei parvi de Florencia *dem Erzbischof Baldewin; dabei soll dieser (B.)* synodaticum, kathedraticum, exactiones, procurationes, subsidia *u. s. w. zahlen, das* edificium vel torcularia seu dolea *der Propstei wenn nötig auf seine Kosten ausbessern. Bürgen sind die ansehnlichen und adligen Herren* Wilhelmus et Iohannes *Grafen von* Kaczenelbochen), Gerlacus *Herr von* Lymperg, Godef(ridus) *von* Syena *Herr von* Falendir *und* Robinus *von* Seyna *Propst der Kirche von Wetzlar* (Wetflariensis) consanguinei nostri *sowie die strengen Ritter Herren* Iohannes de Elcz, Conradus de Esch et Philippus de Schonecke, *welche im Falle zweijähriger Versitzung der Pachtsumme* obstagium in opido Confluens *(Koblenz)* in domo hospitis eis demonstrandi more bonorum fideiussorum observabunt, *und zwar persönlich oder die Adligen unter ihnen* per duos famulos bone nocionis cum duobus equis, *die anderen mit 1 Diener und 1 Pferd, bis der Erzbischof zahlt.* — ***D 222****; der Schluss mit dem Datum fehlt.* — *Anhaltspunkte für die Datierung bieten die Erwähnung des Johann von Elz, die erst nach dessen Sühne mit Baldewin vom 30. Dezember 1337 (Nr. 492) denkbar ist, und die Titulatur des Ausstellers, der am 23. Februar 1345 Bischof von Lüttich wurde (Sauerland III nr. 427). Inhaltlich scheint übereinzustimmen eine zur Zeit unzugängliche U. im Kesselstädter Balduineum vom 2. Dezember 1340; da sie aber — laut brieflicher Auskunft von E. Schaus — unter den Bürgen auch den Grafen Ruprecht von Virneburg enthält, der in Nr. 783 fehlt, kann sie mit dieser kaum identisch sein.* — *Bemerkenswert ist die bisher unbekannte Nachricht zur Lebensgeschichte des Chronisten Levold von Northof (vgl. über ihn zuletzt E. Fittig L. v. N. Diss. Bonn 1906, W. Levison: Neues Archiv XXXII 385 ff., XXXIV 771 ff.).*

784. *[etwa 1338—1344].*

[Erzbischof Baldewin?] befiehlt Ungenannten, Ungenannte zu schirmen wie seine anderen Untertanen und ihren Wünschen (placita) *nachzukommen.* Mandamus quatinus — — bono animo et cetera. — ***K 451****; bruchstückhafter Entwurf, nachgetragen spätestens zur Zeit des Abschlusses der Sammlung K.*

785. *Kutzleben 1345 März 7.*

Henricus de Slatheim *bepfründeter Stiftsherr der Kirche von Jechaburg (*Yhicheburgensis*) verpflichtet sich, dem ehrenwerten seinem Herrn Meister* Rodolfus dictus Losse officialis curie et tocius provincie Treverensis *ihm geliehene 2 Mark reinen Silbers am nächsten Michaelstage zurückzuzahlen, und ernennt zu Bürgen und etwaigen* debitores principales *die gestrengen* Henricus de Suntheim *seinen* avunculus, Theodericus Rynkeleiben *und seinen (oder dessen?) Bruder* Syfridus, *die sich demgemäss verpflichten. Siegler: auf Bitten der siegellosen Aussteller und Bürgen der gestrenge* Th(eodericus) de Beringen. D. Kutzel(eibin) a. dom. *1345.* die VII. mensis marcii. — ***D 71.***

786. *Aschaffenburg 1345 Mai 31.*

Erzbischof Heinrich von Mainz heisst die Stadt Frankfurt, mit ihm geschuldetem Gelde seinen Frankfurter Wirt Konrad von Löwenstein zu bezahlen.

Orig. (auf Perg., 2 mal längs, 1 mal quer gefaltet, ohne Verschlussschnitte, rückwärts mit aufgedrücktem Siegel unter Papier, das vielleicht der Rest eines Verschlussstreifens) in Frankfurt, Stadtarchiv, Ugb. Rep. B 65 Rentenamt P 8 (Abschr. der Nrr. 786 f. von E. Vogt und E. Klibanski).

.. Heinr(icus) archiepiscopus Mog(untinus). Ir die burgemeistere, scheffin und .. rat der stat zu Frankenvort! Lieben frunt! Wir begern und heizzen uch, daz ir von dem gelde, daz uns von uch uff sante Urbans tag, der virgangen ist allirnehst, von dem ungelde vallent ist, Cůnrad von Leonstein unserm wirtte zu Frankenvort funfhundert und virzig phunt haller bezalint und gebent, und wanne ir daz getůnt, so sagen wir uch der selben summen geldis quiit und los mit disem brief.

Datum Asch(affenburg) feria tertia post corporis Christi anno domini MCCCXLV.

787. *Nidda 1345 Juni 6.*

Derselbe heisst dieselbe, ihm geschuldetes Geld an Johanns von Rockenberg Witwe zu zahlen.

Orig. (auf Perg., je 2 mal längs und quer gefaltet, ohne Verschlussschnitte, rückwärts mit Spuren 2er aufgedrückter Siegel, deren eines zum Verschluss diente) daselbst P 9. Vgl. Nr. 786.

.. Heinr(icus) archiepiscopus Mog(untinus). Ir die .. burgemeistere, .. scheffin und .. rat der stat zu Frankenvort! Lieben frunde! Wir biden und heyzzen uch, daz ir von dem gelde, daz ir uns uff sante Urbans tag, der virgangen ist, gegebent soldent han, gegeben etswanne Iohans von[a]) Rockenberg witiwen hundert und zweinzig phunt haller bezalint, und wanne ir daz getund, so sagen wir uch der selbin summen geldis quiit, ledig und los mit disem brief, der geben ist zu Nydehe des montages nach sante Bonifacii tag, do man zalt nach Cristus geburte drizehenhundert und in dem funfundvirzigstem iar.

a) *doppelt.*

788. *1345 Juni 18.*

[Ein Beauftragter des Erzbischofs Baldewin seines Herrn (= Rudolf Losse als Offizial?)] erklärt einen Nikolaus *nach gehöriger Untersuchung, Protokollierung und Veröffentlichung derselben für geeignet, im päpstlichen Auftrag durch den Erzbischof, wie er wünscht, [vom Makel unehelicher Geburt] dispensiert zu werden, um sämtliche Weihen und eine Pfründe, auch mit Seelsorge, erhalten zu können. Besiegelungsformel abgekürzt.* D. et pronunciatum et cetera presentibus Ysinb(ardo?), Io(hanne) de Vienna et Iohanne Trymeleit ac Eckb(erto) curie Trever(ensis) procur(atoribus) et notar(iis) anno XLV. die XVIII. mensis iunii, que fuit sabbato post Viti. — ***D 133a,***

Entwurf, verkehrt stehend, infolge Beschneidung des unteren Randes am Anfang verstümmelt; das Eschatokoll ist in zwei oder drei neuen Federansätzen wohl von anderer Hand nachgetragen. — Dass es sich um einen Dispens vom Makel unehelicher Geburt handelt, ergiebt sich aus der in den päpstlichen Dispensen ständigen Formel et paterne non fore incontinencie sectatorem.

789. *[1345 etwa November 15—25].*

König Johann von Böhmen schreibt seinen Boten in Avignon über seine Verhandlungen mit Kaiser Ludwig; sie sollten bei dem Papst für die Königswahl des Markgrafen Karl eintreten; der Erzbischof von Mainz betreibe seine Versöhnung mit der Kirche nur zu dem Zwecke, seiner politischen Isolierung zu entgehen.

D 72[1] = Böhmer: Jahrbuch für vaterländische Geschichte 1860 S. 207, = Böhmer Acta nr. 1052 (= Emler IV nr. 1615) = Sauerland III nr. 1149, = Const. VIII nr. 1. Reg.: Böhmer Reg. Johanns nr. 902, Koch-Wille I nr. 2547.

Familiares nostri dilecti! *1.* Sicut alias vobis per ⁅Petr(um)⁆ clericum nostrum significavimus, fecimus pridie in Kyrchberg apud ⁅dominum Rupertum⁆ ducem Ba(varie) et ⁅Walramum⁆ co(mitem) de Spanh(eim) tractantes nobiscum de concordia inter nos et Bavarum ordinanda. Et licet eandem concordiam <multum>, ut ex gestu eorum perpendimus, multum affectent, tamen votis eorundem ⁅nisi audiendo⁆ annuere non voluimus pro hac vice, ut medio tempore intencionem domini nostri pape circa exterminium dicti Bavari, ⁅prout a nobis recessistis, scire possemus⁆. Quod competencius et commodius fieri posse non credimus quam per electionem nostri primogeniti in Romanorum regem, quia extunc potestati[a]) dicti Bavari <per rece> ⁅decresceret per recessum a dicto Bavar(o)⁆ fidelium imperii videncium se habere caput aliud <recessum ab ipso> ⁅et eciam causam recedendi ab ipso Bavaro non obstantibus iuramentis sibi prestitis⁆. Alias etenim, si dominus papa et ecclesia ad hoc nobis suos favores et promociones ⁅efficaciter⁆ non inpenderent, cum nedum per dictum Bavar(um) ⁅et eius filios⁆, quin ymo per Cracovie regem ⁅et alios eciam ecclesie subditos⁆ et plurimos Sarracenos ⁅eorumque adiutores⁆ hostiliter inpugnemur, ut de rege Ungar(ie) taceamus, soli semper, ⁅cumque nullum preterea de regno et terris nostris adiutorium habuerimus nec habemus⁆, commode resistere ⁅et dampna magna inferre adversario⁆ non possemus. Unde abhinc infra mensem ⁅ad tardius in Luczel(inburg)⁆ nobis intencionem dicti domini pape ⁅finalem, in quantum eam scire poteritis⁆, circa premissa fideliter rescribatis, ⁅ut per hoc in agendis caucius dirigamur⁆. Nam extunc consiliarii nostri cum predictis duce et comite forte convenient ⁅iterato⁆, et Bavar(us) se Frank(envort) conferet et nos eciam fortassis appropinquabimur ad audiendum oblata. Sed penitus nullum finem sumemus, nisi ⁅nos et marchio filius noster⁆ dominum nostrum papam primitus alloquamur, apud quem ⁅ambo vel alter nostrum esse intendimus circa nativitatem Christi instantem[1]) ⁅ad capiendum finem, <in> prout expedit in premissis, scientes insuper, quod nullas <treugas>

cum Bavar(o) aut cum aliis inimicis nostris treugas habemus, sed omnes in festo beati Mart(in)i[2]) proxime expirarunt. Item in crastino sancti Andr(ee)[3]) exequiis recolende memorie domini quondam comitis Holl(andie) cons(anquinei) nostri karissimi intendimus interesse, maxime ad impediendum, ne Bavar(us) optineat partes illas ▸. *2.* Porro non lateat vos, quod, licet dominus Mog(untinus) suos nuncios super eius reconciliacione ad curiam destinarit et sue absolucioni intendat, hoc tamen non fit ex devocione seu inclinacione, quam habeat ad ecclesiam, sed magis ex eo, quia se per Bavarum videt relictum et inimicis, videlicet dicto duce et marchione Miss(e)n(ensi), lantgravio Hassie et de Spanh(eim) et Nassow(e) comitibus, undique circumdatum. Unde advertat dominus noster papa et ecclesia, ut idem Mog(untinus) quoad suam reconciliacionem ante nostrum ◂ vel dicti filii nostri ▸ ad eos adventum [responsum[a])] habere non valea<n>t quovis modo, quia de multis viva voce informare poterimus, de quibus scribere nobis non expedit pro hac vice.

I) *ohne Ueberschr.* + a) *lies* potestas. + b) *fehlt.*

1) *Dezember 25.* ∞ 2) *November 11.* ∞ 3) *Dezember 1.*

790. *[1337—1345] Dezember 18.*

Vogt, Schultheiss, Schöffen und Rat von Seligenstadt teilen Erzbischof Heinrich von Mainz das Recht ihrer Stadt und des dortigen Klosters mit.

Orig. (mit hängendem Siegel) in München, Mainz Fasz. 409 = Domkapitel Fasz. 160 (Abschr. von H. Hirsch). — Aufenthalte Erzbischof Heinrichs in S., auf deren einen hier in c. 1 angespielt wird, sind seit 1337 bis 1343 fast alljährlich bezeugt, gut möglich auch 1344/45, seit 1346 aber unwahrscheinlich.

Venerabili in Christo patri ac domino nostro gracioso domino Heinr(ico) archiepiscopo sancte sedis Mogunt(ine) sacri imperii per Germaniam archicancellario .. advocatus, .. schulth(etus), .. scabini et .. consules opidi Selgenstad cum corporibus et rebus ad omnia vestra beneplacita se benivolos et subiectos. *1.* Prout vestra veneranda paternitas nos ad conscribendum iura vestra[a]) monasterii necnon opidi Selgenstad iamdicti precipiendo personaliter requisivit, dicimus bona fide per nostrum iuramentum primo et principaliter, quod vos, pater et domine reverende, habetis in iure opidi Selgen(stad) predicti advocaciam ac advocatum ipsis opidanis seu opido preficere nomine vestro, qui debet et potest iudicare de furtis, homicidiis, vulneribus, falsis mensuris seu libris et hiis, que fiunt in sinagoga Iudeorum necnon in comicia seu in territorio vestro extra opidum predictum. *2.* Quorum tercia pars penarum cedere debet advocato nomine vestro, relique due partes .. schulth(eto) monasterii Selg(enstad) predicti. *3.* Item tercia pars theolonii in nundinis, que fiunt in palmis, cedet advocato, residue due partes monasterio predicto. *4.* Item tercia pars thelonii cedentis in Mogono per duas septimanas ante diem beatorum Marcellini et Petri et per quindenam post illum diem cedet advocato per modum ut prius. *5.* Ceterum insinuamus vestre dominacioni per nostrum sacramentum ut supra, quod

monasterium Selgenstaden(se) prefatum habet in iure proprietatem nemoris dicti der Selgenstader vorst, similiter in aquis, in silvis, in arvis et nicholominus[a]) intra muros opidi sepedicti silvis autem dictis di Kortenbach, daz Erlech, daz Brůch et dy weyde dumtaxat exceptis, quorum proprietas solum pertinet ad opidanos ad muniendum et meliorandum ipsum opidum et omnino ad monasterium sepedictum; hereditas autem nemoris predicti, similiter aquarum, silvarum et arvarum intra opidum et extra pertinet ad opidanos et ad opidum Selg(enstad) pretactum. *6.* Item dicimus loco iuramenti nomine quo supra, quod dominus .. abbas, qui pro tempore fuerit, debet proprietatem totaliter[b]) illesam reservare, quod hereditas ipsius [i]n aliqua sui parte non vicietur. *7.* Item dicimus ut supra, quod dominus abbas debet dare unicuique opidano novam domum edificanti VII ligna, ad orreum novum IIII ligna ᵃ et ᵇ ad restaurationem veteris domus tria ligna. *8.* Item opidum seu opidani Selgen(stadenses) habet[a]) in iure a festo Mich(aelis) archangeli usque ad diem beati Petri duas dies dictas in volgari wetdage in septimana, quibus poterunt deducere seu secare ligna non nociva dicta orholze, post diem vero beati Petri usque Michah(elis) unum diem huiusmodi ligna secanda. *9.* Item dicimus quo supra nomine, quod, quandocunque aliquis locus in dicto nemore erit vacans, ubi possunt novalia fieri, illa dominus abbas uni opidano in opido nostro sepedicto in exactionibus ac iuribus suis domino .. Mogunt(ino) servienti et nulli alteri quodlibet iuger(um) pro tribus denariis levibus concedere seu locare debet nec ipse dominus abbas per se laborare vel aliquo modo in usum suum convertere debet. *10.* Item dicimus, quod tenemur dare domino .. abbati decimas in opido nostro et extra, videlicet in campis, in ortis et pratis et pecoribus iunioribus nobis a domino deo concedenti[bus; econtra?] dominus abbas dabit opido nostro unum bovem validum, unum aperum et unum arietem; sin autem in aliquo istorum secus fieret, [domino abbati p]ecorum decimam non daremus quo usque, donec premissa totaliter adimpleret. *11.* Item dicimus ut supra, quod dictus dominus .. abbas debet habere ad [.....]s pecorum unum pastorem de curia sua per se; si autem voluerit, quod pastor opidi custodiat, extunc prebendam suam pro su[is pecud?]ibus det sicut alter. *12.* Item dicimus loco iuramenti, quod, cum opidanus vel alienus nobilis vel ignobilis viam universe carnis ingressus fuerit, domino .. abbati melius caput pecorum suorum quadrupedum, si habet, preter dextrarium et caballum equebonum ministrabit; sed si mulier obierit, extunc meliorem vestem lineam, quam ipsa forcipe sua sarcire debebat, sepedicto domino abbati presentabit. *13.* Item dicimus, quod opidani nostri currus habentes tempore veris, quo ligna succum habent, possunt in nemore secare vel deducere quivis unum plaustrum lignorum proprie lindenholz cum quatuor equis; alter bigam habens cum biga potest deducere, alter vero non habens, quantum semel in dorso suo ferre potest, nullo contradicente possunt deportare. *14.* Item dicimus per nostrum iuramentum, ut premittitur, quod nos .. scabini predicti tres viros

ydoneos ex nostris coopidanis eligere debemus, quos in die beati Thome apostoli domino .. abbati presentare debemus, quorum unum in schulthetum sepefati opidi et nullum alium preficere debet; qui schulthetus a domino .. abbati[a]) taliter confirmatus ipso die beati Thome vinum bannitum ponere debet in sepedicto opido Selg(enstad), quod vinum durabit usque ad pulsum vesperarum [festi] nativitatis Christi; et quicumque ab illo festo vinum propinaverit, de quolibet vase parvo vel magno usque ad quindenam ante diem [.....] schultheto unum quartale vini ministrabit et tunc iterum a festo beati Martini usque Thome propinans seu cau[.....] tale dabit ut prius; quapropter idem .. schulth(etus) cellerario monasterii memorati, qui pro tempore fuerit, unam libram denariorum [.....]oram piperis presentabit. *15.* Preterea dicimus nomine quo supra, quod pro lignis inutilibus seu comburibilibus, que deducu[ntur b]is in septimana, ut predicitur, quivis currus dabit schultheto nomine abbatis unum pullum et X ova et biga X ova in festo beati Martini. *16.* Item quod .. scabini in ultimo iudicio ˂veris˃ domini .. abbatis proprie dicto in dem afterdinge debent eligere villicum seu heymburgonem, quem dominus .. abbas debet confirmare, qui tempore messis ipsi domino .. ab(bati) bundas suas metere ac abcidere debet, propter quod dominus abbas sibi satis tempestive IIII^{or} maldra siliginis et postea, quando avenam abcidere debet, III maldra siliginis presentabit. *17.* Item idem heymburgo servo opidi sibi assumpto de qualibet domo II$^{1}/_{2}$[c]) denarios exigat pro laboribus suis clericis vero, nobilibus ac Iudeis, advocato, .. schultheto et scabinis exemptis; quapropter dabit domino .. abbati X solidos denariorum levium, .. schultheto suo V solidos, scabinis XL[a] denarios leves. *18.* Item idem heymburgo debet metere domino .. abbati unum pratum dictum zů dem wyches tempore suo, si voluerit, si non, tunc pro eo dabit domino .. abbati XXX[a] denarios leves. *19.* Item cum idem villicus de mane tempore messis suis laborantibus prandium portaverit, tunc in bunda .. abbatis debet facere duos funiculos in longitudine ˂duarum˃ mensurarum dictarum schenkele et debet ligare duos manipulos, quanto poterit meliores, et tempore meridiei id similiter. *20.* Item in in bunda avene ˂longiorem funiculam in una parte accipiat˃ suo tempore prout supra. *21.* Insuper dicimus nomine [quo supra, quod?] pro eo, quod secamus ligna nemoris, ut prefertur, debent opidani currus habentes secare XXIIII baculos sepis cum [.....]nentibus illo tempore, quo bunda sepefati abbatis cum siligine seminata fuerit, et bigas habentes XII baculos [..... sim]iliter et bundam sibi ante diem beati Martini sepire clericis, nobilibus ac aliis predictis exceptis. *22.* Item nostri [opidani] aratra habentes pro lignis nemoris deducendis, cum ipsis effectualiter indicatum fuerit, fenum ipsius .. abbatis [.....] prato ferre debent; si quis in hoc negligens inventus fuerit, domino .. abbati fenum suum, si quid amiserat, solvere teneretur. *23.* Hec omnia, ut premissa sunt, dicimus per nostram iuramentum, ut prius et vobis venerabili patri et domino nostro gracioso conscripsimus, prout multis annis

et retroactis temporibus a nostris predecessoribus didicimus et servavimus. Quare vestre dominacioni flexis genibus humiliter supplicamus, quatenus nostri perpetui servitii intuitu vestra veneranda paternitas nos et nostrum opidum apud iura antiquitus observata dignetur permittere[d]) graciose. *24.* In quorum testimonium evidens et roboris firmitatem sigillum opidi nostri Selgenstad sepefati apposuimus huic scripto.

Datum Selgenst(ad) XV[0] kalendas ianuarii.

Superscriptionem vocabulorum videlicet ‚longiorem funiculum in una parte accipiat' presentibus approbamus. Datum ut supra.

a) *Orig.* + b) t(ot)al(ite)r. + c) III; *3. Einheit durchstrichen.* + d) *statt* persistere.

791. *[1345 Ende Mai bis Dezember].*

Im Namen Erzbischof Baldewins verfasste Denkschrift gegen Bischof Salmann von Worms (Entwurf).

D 31[1]) *= Schannat Historia episcopatus Wormatiensis II (1734) 168 ff. nr. 195 (kleines Bruchst.); vgl. Müller II 109 (mit N. 1) ff., 233 N. 3. — Das Stück ist auf einer Lage von ursprünglich 9 Doppelblättern, deren 2 halb entfernt sind, von einer Hand geschrieben worden, die auch in Nrr. 826 und 810 begegnet; die cc. 50|51 Schluss rühren von einem Anderen her (nicht von dem Hauptkorrektor, wie Müller annahm). Von den beiden Korrektoren hat der eine ausser Verbesserungen im Text (mit < > bezeichnet) namentlich die sehr ausführlichen Glossen beigesteuert (hier in die Noten verwiesen), der andere nur einzelne Korrekturen (mit < < > > bezeichnet). Der eine von ihnen ist mit dem Absender, dem Schreiber der am Schluss stehenden Adresse, identisch; der andere Korrektor ist nicht Losse selbst gewesen. Die Denkschrift, die einen gegen eine verlorene Anklageschrift Bischof Salmanns gerichteten apologetischen Ueberblick über die 16jährigen Wirren im Wormser Bistum seit 1329 zu Gunsten der Politik Baldewins geben will, wäre nach Müller II 109 N. 1 erst 1346 entstanden; das von ihm dafür angezogene c. 33 nennt aber 1345 als jüngstes J. Noch deutlicher wird im c. 38 dies J. als* presens *bezeichnet. Dazu stimmt, dass Erzbischof Heinrich von Mainz laut cc. 8 und 18 noch nicht abgesetzt ist, dass Baldewin in c. 8 als erklärter Gegner Kaiser Ludwigs erscheint, was er seit dem 24. Mai 1345 war (Const. VIII nr. 41), dass in c. 18 der am 1. Mai 1345 (Kisky 150) erfolgte Tod des Mainzer Domdekans Johannes Underschopf erwähnt wird. — Beim Abdruck sind hier die zahlreichen formalen Wiederholungen ausgelassen worden.*

Posiciones et articulos infrascriptos dat <facit>[a]) et exhibet . . procurator ac procuratorio nomine reverendi in Christo patris domini Baldewini archiepiscopi Treveren(sis) in causa, quam movet seu movere intendit contra eum Salmannus episcopus Wormacien(sis) et ponit et dat contenta in eis tam coniunctim quam divisim et de quolibet et sic petit per partem adversam responderi eisdem. I. In primis ponit et probare intendit, quod de anno domini M[0]CCCXXIX. XV. kalendas iulii, que fuit XXI. dies mensis iunii dicti anni, pontificatus felicis recordacionis domini Iohannis pape XXII. anno XIII[0]b) provisum fuit domino Salmanno predicto de episcopatu Wormacien(si) per felicis recordacionis dominum Iohannem papam XXII. tunc vacante per obitum bone memorie quondam domini Cunonis inmediati predecessoris dicti domini Salmanni[1]). II. Item quod anno domini et mense predictis decanus et capitulum ecclesie Wormacien(sis) < < ignari penitus > > huiusmodi provisionis et <[a]) reservacionis dicti episcopatus, si qua precessit, penitus ignari>[c]) < < etiam ignorantes penitus quam-

cumque reservacionem factam per felicis recordationis dominum Iohannem papam XXII. de dicto episcopatu ⊳ ⊳ et eciam ante ⊲ ⊲ omnem ⊳ ⊳ provisionem dicto domino Salmanno de huiusmodi episcopatu factam quondam dominum Gerlacum pincernam prepositum ecclesie sancte trinitatis Spiren(sis) et canonicum ⊲ ecclesie Spiren(sis) ⊳ in episcopum Wormacien(sem) concorditer elegerunt quodque idem Gerlacus per dominos decanum et capitulum ecclesie Maguntinen(sis) metropolitane dicte ecclesie Wormacien(sis) eius suffraganie ipsa ecclesia Maguntinen(si) tunc vacante pastore huiusmodi provisionis et reservacionis, si <qua[d])> ⊲ que ⊳ <precessit[d])> precesserunt, eciam penitus ignaros confirmatus fuit quodque possessionem corporalem fortalitiorum et munitionum dicte ecclesie Wormacien(sis) realiter et corporaliter adeptus fuit. III. Item quod de predictis omnibus et singulis fuit et est publica vox et fama in civitate et diocesi Wormacien(si) et locis vicinis. IIII. Item ponit et probare intendit dictus procurator, quod communis et publica vox et fama, opinio, reputatio atque dictum erat, fuit et est in civitate et diocesi Wormacie(nsi) et locis vicinis quodque fuit et est verum, quod idem quondam Gerlacus pincerna per tres annos cum dimidio vel circa[e]) post electionem et confirmacionem et in possessionem missionem predictas dumtaxat vixit et universa ⊲ castra ⊳, municiones et fortalicia dicti episcopatus solus et insolidum per dictum tempus tenuit et possedit ac redditus, obventiones et proventus universos ex eis provenientes solus et insolidum percepit et levavit. V. Item quod communis — —[f]) verum, quod post dictum tempus dicto quondam domino Gerlaco bone memorie viam universe carnis ingresso inmediate et illico capitulum ecclesie Wormat(iensis) ordinavit, constituit et deputavit prima vice dominos Fridericum de Isenburg, Iohannem de Lumersheym ac Hermannum de Schonecke canonicos ecclesie Wormacien(sis) amministratores, gubernatores et dispensatores omnium castrorum, municionum ac fortaliciorum episcopatus Wormacien(sis) quodque dicti tres canonici Wormacien(ses) predictam amministracionem et gubernacionem castrorum in se susceperunt et per tres annos vel circa continue universos redditus et proventus castrorum et municionum dicti episcopatus Wormacien(sis) soli et insolidum nomine dicti capituli Worma(ciensis) receperunt et levaverunt et conpotum legalem ipsi capitulo de receptis fecerunt. VI. Item — —[f]) verum, quod postmodum dicto tempore elapso predicti canonici huiusmodi amministracionem dimiserunt quodque prefatum capitulum Wormacien(se) illico deputavit, constituit et ordinavit dominos Theodericum de Meckenheym et quondam Theodericum de Rorbach bone memorie tunc canonicos ecclesie Wormacien(sis) amministratores — —[g]) fecerunt. VII. Item — —[h]) dimiserunt quodque deinceps inmediate domini Eberhardus de Hyrtzhorn et Iohannes dictus Bube canonici dicte ecclesie Wormatien(sis) per capitulum dicte ecclesie Wormat(iensis) concorditer deputati, constituti et ordinati fuerunt gubernatores — —[g]) per duos annos — —[g]) fecerunt quodque postmodum inmediate reverendus in Christo pater dominus Dynus archiepiscopus Ianuen(sis)

executor tunc a sede apostolica deputatus super provisione dicto domino Salmanno facta de episcopatu Wormacien(si) processus quosdam [g]) in partibus illis publicari ac legi fecit contra detentores castrorum ac municionum ac collectores fructuum dicti episcopatus quodque extunc illico dicti domini Eberhardus de Hyrtzhorn et Iohannes dictus Bube canonici predicti dictam amministracionem castrorum dimiserunt et resignarunt. VIII. Item — —[f]) verum, quod inmediate et illico post publicationem dictorum processuum domini Iohannes de Bopardia et Conradus pincerna frater quondam domini Gerlaci electi confirmati premortui milites soli et insolidum de iussu et mandato domini Ludowici de Bavaria, qui se dicit in illis partibus Romanorum imperatorem, ac domini Henrici archiepiscopi Maguntinen(sis) tenuerunt et possederunt castrum dictum ad Lapidem episcopatus Worma(tiensis) et ex eo soli et insolidum universos fructus et reditus susceperunt et levaverunt quodque inmediate et illico post publicacionem eorundem processuum domini Boemundus de Dal‹ sh›eym et Mengotus dictus Bube milites dicte diocesis soli et insolidum de iussu et mandato et iniunctione dominorum Ludovici et Henrici predictorum tenuerunt et possederunt castrum Dyrmesteyn episcopatus seu ecclesie Wormacien(sis) et redditus, proventus ac obventiones universos ex eo perceperunt quodque inmediate et illico post publicacionem processuum predictorum dominus Iohannes dictus de Hyrtzhorn miles de iussu et mandato eorundem dominorum Ludovici et Henrici tenuit solus et insolidum castrum dictum Schadecke episcopatus Wormacien(sis) quodque fructus et redditus spectantes ad illud solus et insolidum percepit ac levavit quodque inmediate — —[i]) processuum opidani seu burgenses opidi Laudenburg episcopatus Wormatien(sis) per se et de se tenuerunt dictum opidum et redditus ad ipsum spectantes soli et insolidum levaverunt et perceperunt. IX. Item — —[f]) verum, quod dicta quatuor castra per predictas personas modo quo supra detenta et redditus ad ea spectantes percepti ‹‹continue›› fuerunt usque ad tempus receptionis et admissionis pacifice et quiete et plene et libere dicti domini Salmanni ad episcopatum suum Wormacien(sem) facte per suos subditos tam clerum quam populum civitatis et diocesis Wormacien(sis). X. Item — —[f]) verum, quod ecclesia seu episcopatus Wormacien(sis) predicta castra, opida seu municiones scilicet opidum Laudenburg, castrum Dyrmesteyn et castrum ad Lapidem et castrum Schadecke habet et tenet[k]) eaque ad ipsam ecclesiam Worm(atiensem) ‹a dicto tempore et citra spectaverunt et› spectant quodque nulla alia nisi predicta castra ad eam spectant nec spectare nec pertinere consueverunt a XVI annis ‹‹et›› citra. XI. Item[l]) in eventu et casu, quo pertinenter et admissibiliter[m]) per partem adversam daretur et poneretur, ita quod ad probandum admitteretur aut alias constaret, quod prefatus reverendus in Christo pater dominus Baldewinus archiepiscopus Treveren(sis) recepisset et habuisset aliquam pecunie quantitatem a capitulo ecclesie Wormatien(sis) durante lite, quam habuit dictus episcopus Wormatien(sis) super

episcopatu suo predicto non intendens per ea, que subiciuntur de intentione partis adverse tacite vel expresse, directe vel indirecte aliquid confiteri, ponit ac probare intendit dictus procurator, quod illam pecuniam recepisset ⁄ ⁄ ac recepit et habuit nomine ecclesie Vormac(iensis) et pro ipsa ecclesia ⁄ ⁄ et pro tuicione et defensione et protectione ecclesie predicte non animo preiudicandi in aliquo dicto domino Salmanno nec in contemptum mandatorum ⁄ apostolicorum ⁄ [n]) sed animo defensandi dictam ecclesiam ab incursu et molestatione predonum et malefactorum et, ne dicta ecclesia Wormatien(sis) dampna gravia et irrecuperabilia incurrisset, quodque per multa[o]) tempora pro ipsa ecclesia Wormacien(si) ad defensandum eam ab <opposicionibus> ⁄ oppressionibus ⁄ malefactorum et predonum iuxta ordinationem communem principum, baronum et civitatum pacis generalis Reni ad resistendum malefactoribus, predonibus tenebatur dictus dominus archiepiscopus, dum habuit amministracionem ecclesie Maguntinen(sis) ad certos equites galeatos mittendos ad expediciones publicas quodque in obsidione[p]) castri Wylensteyn diocesis Wormacien(sis) et eius demolicionem seu subversionem et destructionem, ubi multi malefactores recolligebantur, qui gravia dampna dicte ecclesie Wormatien(sis) et pluribus aliis civitatibus, opidis, castris et villis inferebant, magnos et notabiles sumptus fecit pro ecclesia Worm(atiensi) predicta. XII. Item quod de predictis omnibus et singulis fuit et est publica vox et fama in civitatibus et diocesibus Treveren(si), Maguntinen(si) et Wormacien(si) et locis vicinis. XIII.[q]) Item — —[r]) admitteretur et probaret aut quocumque modo constaret[s]), quod in perceptione fructuum prepositure ecclesie sancti Stephani Maguntinen(sis) fuisset dicta pars adversa tempore, quo dictus dominus archiepiscopus habuit administrationem ecclesie Maguntinen(sis), aliquando impedita, non intendens per ea, que subiciuntur, aliquid confiteri de intentione partis adverse, ponit ac probare intendit dictus procurator, quod hoc fuit factum per quendam Gerardum de Dente cognomine clericum Maguntinum, qui dictam preposituram a sede apostolica impetravit et obtinuit ⁄ et ⁄ aliquamdiu tenuit et possedit et fructus ⁄ suo nomine et per se ⁄ ex ea levavit et percepit. XIIII[t]). XV. Item — —[u]) constaret, quod dictus dominus archiepiscopus dicto domino . . episcopo Wormatien(si) in aliquo a retroactis temporibus fuisset obligatus non intendens tamen per ea, que subiciuntur, aliquid confiteri de intentione partis adverse tacite vel expresse, directe vel indirecte ponit ac probare intendit dictus procurator, quod ipse dominus episcopus Wormacien(sis) omnibus accionibus, questionibus ac litibus, si que sibi conpetiissent contra dictum dominum archiepiscopum, iam dudum <[a]) de anno domini millesimo CCC[o] XXXV. de mense iunii> in oppido Oppinheym Maguntinen(sis) diocesis pure et simpliciter et ex certa scientia et non per errorem renuntiavit. XVI.[t]) XVII[v]). Item — —[u]) constaret, quod dampna aliqua sustinuisset ipsa pars adversa ex consilio, auxilio et favore impensis, ut asserit, per dictum dominum archiepiscopum Treveren(sem) quondam domino Gerlaco pincerne

bone memorie iam dudum licet de facto electo ad ecclesiam Wormatien(sem) non intendens — —[a]) procurator, quod idem dominus episcopus Wormatien(sis) de anno domini millesimo CCC⁰XLIII⁰ de mense martii ratificavit, gratificavit et approbavit omnia et singula facta et gesta per dictum quondam dominum Gerlacum pincernam tempore vite sue quodque renunciavit libere, sponte et simpliciter om<ni>bus et singulis questionibus, accionibus et impedicionibus sibi conpetentibus contra dictum quondam Gerlacum, si vixisset, et dominum Conradum fratrem suum necnon omnes et singulos consanguineos, amicos, servitores aut fautores ipsius quondam domini Gerlaci nec non contra quoscumque alios, qui astitissent eidem Gerlaco consilio, auxilio et favore per se vel alios publice vel occulte. Ad cuius articuli declaracionem dat procurator predictus tres articulos proxime subsequentes. <XVIII>. Et primo ponit ac probare intendit dictus procurator, quod de anno domini millesimo CCC⁰XLIII⁰ de dicto mense marcii die lune proxima ante dominicam, qua cantatur in ecclesia dei ‚Reminiscere', dictus dominus Salmannus episcopus Wormacien(sis) nomine suo et ecclesie sue Wormacien(sis) ex parte una et dictus Conradus Pincerna de Erpach miles, Engilhadus <Pincerna> prepositus ecclesie sancte trinitatis Spiren(sis), fratres dicti quondam Gerlaci nomine suo et dicti fratris premortui ac omnium amicorum, fautorum et servitorum suorum, qui umquam <eis astiterunt> in adeptione et retencione dicti episcopatus Wormacien(sis) consilio, auxilio vel favore, ex parte altera super omnibus dissensionibus et discordiis inter eos occasione dicti episcopatus Wormacien(sis) habitis ab[x]) anno domini M⁰CCC⁰XXIX. a XXI. die mensis iunii scilicet ab ipsa die provisionis dicto domino Salmanno de dicto episcopatu facte et per annos subsequentes scilicet XXX, XXXI, XXXII, XXXIII et <d> sic deinceps usque ad annum domini M^mCCC^mXLIII. et usque ad dictum mensem martii et citra et per ipsa tempora in reverendum in Christo patrem ac dominum dominum Henricum dei et apostolice sedis gratia nunc et tunc archiepiscopum Maguntinen(sem), Wolframum de N<awen>ellenburg[y]) magistrum ac preceptorem ordinis fratrum Teutonicorum[cc]) in regno Alamanie ac quondam dominum Iohannem decanum ecclesie Maguntinen(sis) <bone memorie> tamquam in arbitros, arbitratores ac amicabiles compositores sponte et libere et ex certa scientia compromiserunt. <XIX>. Item quod predicti <tres> arbitri, arbitratores ac amicabiles compositores dictum compromissum in se voluntarie susceperunt quodque cause cognitione et deliberatione <matura>[z]) prehabitis de anno domini M⁰CCC⁰XLIII. sabbato ante dictam diem <dominicam>, qua cantatur ‚Reminiscere'[z]), in XL.<a>[3]) suum arbitrium ac arbitralem sententiam protulerunt et super omnibus controversiis et dissensionibus predictis easdem partes concordaverunt et pacificarunt quodque ipse partes dictum arbitrium ac sententiam arbitralem laudaverunt et approbaverunt ac emologaverunt. Cuiusquidem pronuntiationis et arbitrii tenor sequitur in hoc[z*]) verba: ‚Nos Henricus[aa]) dei gratia' et cetera usque in finem[aa])[4]). <XVIII>.

◁XX▷t). <XIX>. ◁XXI.▷ Item — —u) constaret vel constare posset, quod dictus dominus archiepiscopus Treveren(sis) in aliquo fuisset vel esset obnoxius vel obligatus dicto episcopo Wormatien(si) non intendens — —w) procurator, quod hoc fuisset et esset occasione amministrationis ecclesie Maguntinen(sis), quam idem dominus archiepiscopus olim habuit quodque super universis et singulis gestis, amministratis et factis per eundem dominum archiepiscopum durante amministratione fuit et est dudum secum per sedem apostolicam legitime dispensatum. <XX.> ◁XXII.▷t) <XXI>. ◁XXIII▷a*). Item — —bb) posset, quod dictus dominus archiepiscopus aliqua fecisset contra dictum dominum episcopum Worm(atiensem) temporibus retroactis ex quo posset sibi obnoxius esse vel obligatus in aliquo non intendens — —w) procurator, quod hoc fecisset et egisset nomine et vice capituli Wormacien(sis) et ipso capitulo Wormacien(si) sciente, volente, instante[cc]) et supplicante, firmum, gratum et ratum habente et approbante quodque dictus dominus episcopus Wormacien(sis) iam dudum de anno domini M⁰CCC⁰XLIII⁰ XVIa die mensis renunciavit[dd]) sponte, libere et ex certa scientia omnibus accionibus, questionibus et impetitionibus sibi competentibus contra capitulum Worm(atiense) nec non contra omnes, qui dicto capitulo Worm(atiensi) astiterunt durante lite domini Salmanni predicti super episcopatu predicto consilio, auxilio vel favore per se vel per alios publice vel occulte[4]). <XXI>. ◁XXIIII▷t). <XXIII.> ◁XXV▷ee). Item — —bb) posset, quod dominus archiepiscopus Treveren(sis) alias inhibuerit vel inhiberi fecerit, ne quis in civitate et diocesi Treveren(si) legeret seu publicaret litteras apostolicas, nisi ipse eas prius viderit vel videri fecerit, ex eius sigillo approbaverit et licentiam dederit easdem litteras publicandi et eis utendi non intendens — —w) procurator, quod hoc inhibuisset et inhiberi fecisset ad evitandum crimen falsi et ad obviandum fraudibus falsariorum litterarum apostolicarum et ad examinandum ipsas litteras in bulla, carta, filo, stilo, ne false pro veris admitterentur, prout pluries simplices presbiteri rurales in illis partibus per dictas litteras alias sunt decepti. <XXIIII>. ◁XXVI▷t). <XXV>. ◁XXVII▷. Item — — constaret eciam, quod prefatus reverendus in Christo pater dominus Baldewinus archiepiscopus Treveren(sis) tamquam gubernator et amministrator ecclesie Maguntinen(sis) in aliquo dampnificasset dominum Salmannum episcopum Wormatien(sem) manutenendo et defendendo decanu<se>m et capitulum ecclesie Wormacien(sis) durante lite, quam habuit dictus dominus episcopus Wormacien(sis) cum decano et capitulo ecclesie Wormac(iensis) predicte super episcopatu suo predicto non intendens — —w) procurator, quod dictus dominus archiepiscopus administrationem ecclesie Maguntin(ensis)[cc]) prefate dimisit de anno M⁰CCC⁰XXXVII[ff]). de mense septembris in manibus reverendorum patrum dominorum Guidonis de sancto Germano tunc Aniciensis ac Nicolai Capoci<i>◁◁e▷▷ de urbe sancti Adomari de sancto Adomaro Morinen(sis) diocesis ecclesiarum prepositorum, cappellanorum et nunciorum tunc temporis felicis recordationis domini Benedicti

pape <X>XII. ad Almaniam transmissorum ad recipiendum de mandato dicti domini Benedicti pape resignationem amministrationis predicte a prefato domino archiepiscopo quodque extunc, etiam si antea in aliquo dampnosus fuisset prefatus dominus archiepiscopus episcopo Wormacien(si) tamquam amministrator ecclesie Maguntin(ensis) metropolitane ipsius ecclesie Worm(atiensis) eius suffraganie[z*]) decanum et capitulum ecclesie Wormacien(sis) manutenendo et defendendo, quod negatur, deinceps ◁tamen▷ in nullo se intromisit de amministracione dicte ecclesie Maguntinen(sis) nec defensione, manutenentia et protectione decani et capituli Wormacien(sis) predictorum, sed extunc[gg]) nunc dominus Henricus archiepiscopus Maguntinen(sis) dictam ecclesiam Maguntinen(sem) adeptus fuit et defensionem ecclesie Wormac(iensis) eius suffraganee nec non decani et capituli Worm(atiensium) predictorum sibi assumpsit. <XXVI> ◁XXVIII▷[t]). <XXVII>. ◁XXVIII▷. Item — —[f]) in civitatibus et diocesibus Maguntin(ensi), Treveren(si) et Wormatien(si) et locis vicinis quodque fuit et est verum, quod Eckardus sancti Iohannis et Henricus eiusdem ac Iohannes sancti Petri ecclesiarum Maguntinen(sis) precentores sunt consanguinei et propinqui etiam infra quartum consangui[ni]tatis[hh]) gradum domini Salmanni episcopi Wormatien(sis) quodque ipsi ab anno domini M⁰CCC⁰XXX. XXXI⁰, XXXII⁰, XXXIII⁰, XXXIIII⁰, XXXV⁰[ii]), XXXVI., XXXVII. et citra et per ipsa tempora erant, fuerunt et adhuc hodie sunt nimia familiaritate et affectione dicto domino Salmanno coniuncti, ita quod verisimiliter, quidquid sibi placerent, fecissent et adhuc hodie facerent, in quo sibi crederent conplacere. <XXVIII>. ◁XXX▷. Item — —[kk]) verum, quod Sigelo[cc]) dictus[cc]) Rode[cc]) canonicus[cc]) <[ll]) sancti Augustini — — conplacere> ecclesie[cc]) Wormacien(sis)[cc]) de[cc]) anno domini millesimo CCC⁰XXXV., XXXVI.[mm]), XXXVII⁰, XXXVIII. et citra et per ipsa tempora et adhuc hodie erat, fuit et est clericus secretarius et[nn]) familiaris et iuratus domini Salmanni episcopi Wormacien(sis) nimia affectione et familiaritate sibi coniunctus, ita quod verisimiliter fecisset et adhuc hodie faceret, in quocumque dicto episcopo crederet complacere. <XXIX>. ◁XXXI▷. Item — —[kk]) verum, quod frater Iohannes ordinis heremitarum sancti August(ini), qui se dicit episcopum sancte Marie in <Campis> ◁Capios▷ de anno domini M⁰CCC⁰XXXVIII., XXXIX., XL.[oo]), XLI. et per ipsa tempora continue fuit vicarius in spiritualibus domini Salmanni episcopi Worma(tiensis) et ordines de mandato ipsius in opido Lutra et in opido Nauenstul[pp]) et in villa Hocspire Wormacien(sis) diocesis celebravit ac sibi nimia familiaritate coniunctus fuit, ita quod verisimiliter fecisset omnia, in quibus credidisset dicto domino episcopo complacere etiam contra quemcumque. <XXX>. ◁XXXII▷. Item — —[kk]) verum, quod Conradus Marquardi de Asschaffenburg[z*]) clericus Maguntinen(sis) diocesis de anno domini millesimo CCC⁰ XL., XLI., XLII.[qq]), XLIII., XLIIII., XLV. et per ipsa tempora fuit et erat et hodie est clericus familiaris domesticus secretarius et iuratus dicti domini Salmanni episcopi Wormacien(sis) nimia sibi

affectione et familiaritate coniunctus quodque sibi per dicta tempora et hodie habuit et habet precipere et imparare quodque idem Conradus verisimiliter fecisset per dicta tempora et adhuc hodie faceret etiam contra quemcumque omnia, in quibus dicto domino Salmanno episcopo crederet complacere. ‹Item[rr]) — —[t]) fuit etcetera etcetera›. <XXXI>. ‹XXXIII›[ss]). Item — —[kk]) verum, quod dictus dominus episcopus Wormacien(sis) de anno domini M⁰CCC⁰ XXIX⁰, XXX⁰, XXXI⁰, XXXII⁰ et sic deinceps de annis nativitatis domini currentibus usque ad[tt]) annum domini M⁰CCC⁰ XLV. inclusive et a XLVI. annis et citra et ante et per ipsa tempora <‹potuisset et potuit›> et adhuc hodie poterat, potuisset et adhuc hodie posset secure venire ‹et mittere tute et libere›, quandocumque sibi placeret, ad presenciam domini archiepiscopi ‹Treveren(sis)› et suorum tam in civitate quam diocesi Treveren(si) et alibi, ubi pro tempore esset dictus dominus archiepiscopus, et ad castra, municiones et fortalicia et villas ipsius et vasallorum et officiatorum et subditorum suorum quodque dictus episcopus Wormatien(sis) de anno domini M⁰CCC⁰ XLIIII. de mense septembr(is) dicti anni, dum novissime equitavit ad Roman(am) curiam, ivit per terram dicti domini archiepiscopi Treveren(sis) et per districtum suum et territoria et opida et castella quodque in civitate Treveren(si) una nocte dicti mensis pernoctavit ipso domino archiepiscopo tunc in dicta civitate existente quodque ibi tractatus et honoratus fuit amicabiliter et honorifice per cives et subditos dicti domini Treveren(sis) quodque in[z]) vestigio[z]) sequenti die transitum fecit ad Romana(m) curiam veniendi <et> per comitatum Luzzelenburgen(sem) et eiusdem comitatus districtus et territoria quodque dictus comitatus pertinet et a XXX annis ‹et› citra et ultra et per ipsa tempora <et adhuc hodie> pertinuit, pertinere consuevit et hodie pertinet ad illustrem principem dominum regem Bohemie[uu]) nepotem dicti domini archiepiscopi filium quondam dive[vv]) memorie[vv]) magnifici principis domini Henrici Romanorum imperatoris quondam fratris germani dicti domini archiepiscopi quodque ibidem dictus dominus episcopus Wormacien(sis) amicabiliter et benigniter receptus, tractatus et honoratus fuit. <XXXII>. ‹XXXIIII›[ww]). Item — —[kk]) verum, quod opidum Nauenstul et castrum desuper situatum Wormaien(sis) diocesis ‹a LX annis et citra fuerunt et› sunt in loco solitario, nemoroso et vasto situata et ‹a› congregation(ibus) hominum remota et a civitate Treveren(si) multum eciam ultra dicta distantia quodque ibi dumtaxat ‹a dictis partibus et citra fuit et› est una ecclesia parrochialis et eius parrochiani absque omni alio collegio seculari <et> ‹vel› regulari quodque cause inter homines dictorum locorum pro tempore exorte a sede apostolica committende ‹a dictis partibus et citra› consueverunt committi ‹et committuntur› in civitatibus Maguntinen(si), Treveren(si), Wormacien(si), Meten(si) ‹et aliis locis insignibus› et non in dicto loco quodque ibi <non> ‹a dictis partibus et citra non fuerunt neque› sunt aliqui iurisperiti quodque dictum opidum cum castro adiacente pro loco solitario

Gerlacus archiepiscopus Magunt(inus). Unsern fruntlichen gruz bevor. Lieben frunde! *1.* Als ir uns geschribin hat von dem von Hehinriet umb die vorwart, sullet ir wisze, daz wir letste waren zu Gundilsheim off dem Nekir mit den von Wirtenberg und voreyneten und sůneten uns mit den von Wirtenberg und namen wir uz der eynunge [1]) den von Hehinryt und den Stormfeder. *2.* Doch machten wir ein vorwart mit dem vorgenanten von Hehinryt, daz sulde steen zuschen unser frauwen tag, also daz die von Wirtenberg da binnen zuschen ‹uns› reden sulden, ob sie uns konden versunen. Geschiet aber des nit, so sal iz steen zuschen und[a]) und dem von Hehinryt als vor.

Datum Eltevil sabbato ante assumpcionem beate Mar(ie) virginis.

Rückwärts: Den ersamen wysen luten burgermeistern, scheffin und rad der stad Frankinfu[rd] unsern lieben frunden.

a) *so.*

1) *unbekannt, doch vgl. Vigener nr. 620 f.*

977. *[1356 September].*

Der Rat von Frankfurt sendet Kaiser Karl IV. Briefe der Städte Löwen und Brüssel mit Nachrichten über den Krieg in Flandern.

Orig.-Entwurf in Frankfurt, Reichssachen Nachtr. nr. 5 (auf Papier, von der häufigen Hand eines Stadtschreibers); vgl. Grotefend-Jung II 138 („ca. 1350"). — Der Adressat ergibt sich aus der Form der Anrede und seiner Bezeichnung als Bruder des Hersogs von Brabant, des Luxemburgers Wenzel. Diesem meldete am 15. Juni 1356 Graf Ludwig Maele von Flandern seine Ansprüche auf einen Teil von Flandern an, schlug am 17. August die Bürgerheere von Löwen und Brüssel und rückte in Brüssel und anderen Städten ein, worauf Wenzel nach Limburg flüchtete (vgl. H. Pirenne Ge-

schichte Belgiens II 212—214, Werunsky III 149 f.). An diese Ereignisse knüpft unser Schreiben an. Die Kenntnis von der am 24. Oktober erfolgenden Räumung Brüssels durch die Flandrer liegt nach dem letzten Satz zu schliessen aber noch nicht vor. Vielleicht hat die Frankfurter Gesandtschaft an den Kaiser, deren Abreise in Nr. 978 erwähnt wird, unser Schreiben mitgenommen.

Lyber gnediger herre! *1.* Uwern gnaden tun wir kůnt, dů uns zů wizsene ward um soliche geschicht, alse in Brafand <ist> ◂were▸ geschehin, <das uns> das wir dů unser boten und bryfe santen an die erbern wisen lute die scheffen und an die rete der stede zů Lovene und zů Brůssele und baden sie, das sie uns widder ◂wolden▸ lazsen virsten mit iren bryfen, wy es zuschen den durchluchtigen fursten und herren dem herczogen von Brafand uwerm brudere und dem grefen von Flandren und in und den andern steden, die umb sie gelegin <were> sint, gelegin were. Des schreben sie uns ire bryfe widder. *2.* Die selben bryfe senden wir uch in dysem bryffe beslozsen. Dar nach moget ir uch <en> richten, was uwir gnade ◂dunket und▸ besinnet, das dar zu nucze und gud sii und ebene kome. *3.* Auch sal uwir gnade wizsen, was uch und den uwern zů widdirmude widdirfůre, das uns das trůweliche leid ist, wo wir gefreysschen adir virnemen.

978. *[1356?] Oktober 2.*

Der Rat von Friedberg meldet der Stadt Frankfurt, dass er an einer Gesandtschaft an Kaiser Karl IV. nicht teilnehmen könne.

Orig. (auf Papier mit Wasserzeichen etwa wie Briquet nr. 3172, 3181, 2 mal quer gefaltet, mit doppelten Schnitten und Resten des rückwärts aufgedrückten grünen Siegels) in Frankfurt, Reichssachen Nachtr. nr. 267. — Der Brief, der Schrift nach kaum jünger als das 6. Jahrzehnt, gehört wegen der Erwähnung der kaiserlichen Regierung frühestens ins J. 1355. Die wohl bestehende Beziehung zu den in Nr. 979 angeführten Verhandlungen weist ihn mit Wahrscheinlichkeit ins J. 1356.

Unsern[a]) frůntlichen grůz bevôrnt. Lŷben frunde, wŷszit, als ir ůns geschrŷben hat, daz wir unser frůnd bi ein zů dirre zit und also kůrtzlich nit brengen mogen und ouch unser frund nit gebŷden kůnnen, dŷ wir gerne hetten und uns nôtze weren, mit uwern frunden zů ridene zů unserm herren dem ..keisere, dan wir bŷden uch altzů dŷnstlich, daz ir uwern frunden dŷ ir sendende werdit, bevelit, daz sŷ von ůnsern wegen als von uwern wegen daz beste vôrkeren, beide von lantfrŷde odir von andern sachen, want iz uns zů dirre zit also lit, daz unser dehein gerne zů dŷsme ůnserm iarmerkete uz sim hus ist. Des důt, als wir uch glôuben.

Datum in crastino beati Remig(ii) nostro sub sigillo ad causas.

..Consules Frîdebergen(ses).

Rückwärts: Erberen wisen lûden den ..bûrgermeisteren und dem ..rade zů Frankenfurd.

a) o *über* U.

979. *[1356] Oktober 26.*

Die Stadt Frankfurt ersucht die Stadt Friedberg, wegen des bevorstehenden kaiserlichen Besuches Boten nach Frankfurt zu senden.

Orig.-Entwurf (auf Papier) in Frankfurt, Reichssachen Nachtr. nr. 116, von der Stadtschreiberhand der Nr. 977. — Von allen Frankfurter Aufenthalten Karls IV. passt nur der von 1356 zum Tagesdatum dieses Briefes. Der Rat ist damals eben am 26. Oktober davon unterrichtet worden, dass der Kaiser am 30. kommen werde.

Ir burgermeistere und rat zů Fredeberg! Liben frund, wir tun uch kunt, das wir han virnomen, das der ‹allir› durchluchtige furste unsir liber gnediger herre der Romissche keyser Karl und kunyng zů Beheim kurczliche by uns zu Frank(envord) wolle komen. Des schriben wir uch, das ir nicht enlazset, ir sendet uwir ratbern frund by uns zů Frank(envord) <wollit senden>, das sie nů bis frytdag[1]) zů abent by uns zů Frank(envord) sin und das <man> ‹wir› da mit einander zů rade werden, was wir an den vorgenanten unsern liben gnedigen herren bringen wollen, beide um des lantfride<n>‹z› wegen› und um des landes nod. Auch wizset, daz wir dyt den von Wetflar und den von Geilnh(usen) auch hant[a]) geschrebin uwern willen. Schribet uns widdir mit dysem botin.

‹Datum feria quarta ante Symonis et Iude apostolorum›.

a) nt *zweifelhaft.*

1) *Oktober 28.*

980. *Eltville 1356 November 12.*

Erzbischof Gerlach von Mainz an Bürgermeister und Rat seiner Stadt Mainz: heisst sie, die ihm für die dortigen Juden jährlich schuldigen 112 Mark Pfennige wie früher an Dekan und Kapitel von Mainz zu zahlen. — Aus Orig. in Darmstadt: Vigener nr. 658 Reg.

981. *Avignon 1356 <Dezember 16>.*

Nicolaus Suanensis (Soana) [episcopus] *erteilt der* <ecclesia sancte Marie in Goltpach *(Goldbach)* et sancti Petri apostoli extra villam in Goltpache invicem annexa> ‹capella in curia aliodiali Lossonum in opido Ysnacensi *zu Ehren der Heiligen Petrus, Paulus und Anthonius und der* ecclesia sanctorum Petri ac Cosme et Damiani in villa de Lupnicze *(Grossen-Lupnitz)› einen 40tägigen Ablass, als dessen* <confirmator *und*> impetrator *<der Erzbischof von Mainz> ‹der ehrwürdige Herr* Rodolfus Losse decanus ecclesie Maguntine sedis apostolice capellanus› *bezeichnet wird.* D. Avinion(e) die <XVI.> mensis <decembris> a. dom. *1356.* ind. <quinta> et domino Innocencio sexto ad summi apostolatus apicem sublimato. — ***D 221,*** *Abschrift und Entwurf. Das Datum bezieht sich auf die Verleihung für Goldbach. Die Urkunde für die Lossenkapelle kann um Jahre jünger sein.*

982. *1356 Dezember 26.*

Iohan zum Sterren *Schultheiss,* Iohann von Bubinheim Pauelsen, Werner Halpsteder, Herkeln zum Lamme, Hiltwin, Iacob von Aspisheim, Hennekin Knecht *und* Peter von Kemmede *Schöffen des Gerichts zu* Algensheim *(Als-) bekennen, dass* Symon genant Bommeler *und seine Frau* Agnes *(Nese) dem Dekan und Kapitel von Mainz zu deren Präsenz 3 Pfund jährlich zwischen Martini und Weihnachten zahlbaren Zinses verkauft und dafür zu Pfand gesetzt 1 Morgen Weinberg an dem* Slidewege *neben* hern Bernharte, der gibet hubenzins, $^1/_2$ *Morgen Ackers ebenda,* $1^1/_2$ an dem Dychbach *neben* Bernhart, *1 Zweiteil Ackers* an dem Sporkenheimer *(*v *über* o*)* wege, *neben B., 1 Garten bei* Ditzen, *alles mit* hubenzins, *ihr Haus* nur *(!)* der hobestad in der Bunden under dem baume in Katherin Mulen hoff mit budenzins; *sie haben die Gülte aufgelassen* mit hant und mit halm nach des gerichtes recht und gewonheit *und den Schultheissen veranlasst, den Halm zu nehmen und den Domvikar Herrn* Iohan Swabe *von des Stifts wegen mit der Gülte zu* erben und in frid und ban daruber tun nach des gerichtes recht und gewonheid, *worüber er den Ausstellern* sin recht und urkunde gegeben hat nach des gerichtes recht und gewonheit. *Siegler: auf Bitten von Symon und Agnes der Schultheiss.* — — der gegeben ist des iares, da man [zalte] von Cristus

geburte drutzenhundert iar und seches und funtzig iar des nehsten mantages nach dem Cristage. *Abschr. in Würzburg, Mainzer Bücher nr. 29 fol. 112a. — Ueber den Mainzer Jahresanfang vgl. Vigener I nr. 1351. Die Verkaufsurkunde des Symon und der Agnes vom selben Tage ebenda fol. 113a.*

983. *[1304—56].*

Graf Johann von Ziegenhain beglaubigt einen Boten bei Abt Heinrich VI. von Fulda.

Abschrift (um 1800) in Kindlingers Sammlung zu Münster II 136 S. 70 nr. 3 aus verschollenem Orig. auf Papier; vgl. Nr. 742. — Der Brief, einreihbar nur in die Regierungszeit Graf Johanns — unter dem Fuldaer Abt kann sowohl Heinrich V. als VI. oder VII. verstanden sein —, mag mit einem anderen zusammenhängen, der zum J. 1315 gehört (siehe die Nachträge).

Reverende in Christo pater et domine domine Henr(rice) abbas ecclesie Fulden(sis)! Vestre[a]) presentium mittimus ostensorem rogantes fideliter et attente, quatenus verbis suis, que[a*]) [vobis ex parte nostra?] retulerit, fidem adhibere dignemini creditivam, tamquam si vobis propria lin[gua[b]) loqueremur?].

Datum Cyginhain nostro sub secreto.

Iohannes comes de Cyginhain.

Rückwärts: Reverendo in Christo patri ac domino suo domino Henr(ico) abbati ecclesie Fuld(ensis).

a) *fehlt Substantiv.* + a*) vel *(davor noch längerer Einzelschaft, 1 mit Kürzungsstrich) Kindl.* + b) *nach* lin *Rest der Zeile frei Kindl.*

984. *[1304—1356].*

Ein Abt von Hersfeld mahnt Graf Johann von Ziegenhain zugunsten gefangener Bauern.

Abschrift (um 1800) in Kindlingers Sammlung in Münster II 136 S. 71 nr. 5 aus verschollenem Orig. auf Papier mit [rückwärts aufgedrücktem] rundem Siegel. — Zur Ueberlieferung vgl. Nr. 742. Für die Einreihung gibt die Erwähnung des Empfängers den einzigen Anhalt.

[.....] dei gratia abbas cenobii Hersfeldens(is) generoso viro domino Io[hanni comiti de] Cygenhain[a]) s[a]).....]ndi voluntatem cum salute. Prout nuper litteras vobis direximus, s[criben]do[b]) vos rogamus et monemus, quatenus [...]winum dictum [.....]iziges servitorem [vestrum] talem disponere velitis, ut rusticos cenobiorum nostrorum [in?] Cruceberg a[c]) de L[.....], quos captivos detinet, cum rebus [....]tis eisdem libere reddat et solutos. Hoc apud vos remerebimus locis temporibusque [..... .....].

Datum sub nostro secreto [.....].

Rückwärts: Nobili Io(hanni) comiti et domino de Cygenhain.

a) *Lesungsversuch K.s:* sint ta(m) ... ribus *(?), danach noch Lücke von etwa 7 Buchstaben.* + b) criben *von K kleiner nachgetr.* + c) a de *gewiss falsch, vielmehr eine Konjunktion zu vermuten; der folgende Name bleibt ungewiss, da mit* L *keines der Hersfeldischen Klöster beginnt; sonst wäre etwa an Blankenheim oder Kornberg zu denken.*

985. ***Winkel und Oestrich 1357 Januar 23.***

Instrument des kaiserlich-öffentlichen Mainzer Notars Iohannes Ulrichs son von Freisingen*:* des iares *1357* des nesten mandages nach sente Agnesen dage der heiligen iuncfrauwen um mittin dage in dem dorffe zu Winkele under dem spilhuse daselbes by der kyrchen, da der schultheysze und die scheffen ir gerieh[t]e spulgen zu halden, *haben vor den bescheidenen* Dylman Visscher *Schultheiss,* Hennekin, Gebehart, Sybil, Schiffmann, Dyle genant Nebelong, Herman Nydecke und Iacobis dem Haffe *Schöffen zu* Vynkele, *dem unterschriebenen Notar und den Zeugen die bescheidenen* Ieckel von Munster,

seine Frau Dyne, Lutze zu dem Rade *und seine Frau* Grede *Bürger zu Mainz an Dekan und Kapitel von Mainz für die Präsenz 5 Pfund Geldes Gülte — J. 4 und L. 1 — von dem Gut,* daz da heiszet der frauwen gut von Olmen *(Nieder-Ober-Olm), verkauft, sie samt den Unterpfändern dem Schultheissen mit Hand und Halm aufgelassen und den bescheidenen Herrn* Iohanne Swabe von Costentze *Domvikar als Vertreter des Kapitels durch den Schultheissen, der ihm den Halm in die Hand gab, „erbeten" und in Gewere setzen lassen im Beisein der Zeugen* Heinrich Brumszer, Herman Rusze, Henne Cunrades son *und* Henne Kunen son. Dar nach dez selben dages uber ein kleyne wyle in dem dorffe zu Ostrich under der halle haben *vor den bescheidenen* Burkart *Schultheiss,* Conze Schmied *und* Bechtolf Wirt *Schöffen zu Oe., dem unterfertigten Notar und den Zeugen Jeckel* Monsterer *und seine Frau* D., L. *und seine Frau* G. *sich Gülte und Unterpfänder nochmals aufgelassen und J. Swab in Gewerschaft setzen lassen, worüber dieser an beiden Gerichten sein „Recht und Urkunde" gab, im Beisein der Zeugen* Richwin Zimmermann, Philman Wolfhase *und* Emmerche iuncfrauwen Nesen eyden. *Die Unterpfänder sind: in Dorf und Mark Winkel 1 Morgen Ackers* an dem engen wege by dem huser baume an Sibil Schifman, *ferner an dem* Adyche stucke *2 Morgen Ackers* by herren Frideriche Griffenclawe, *1 grosses Stück Ackers* an dem Frisendale by hern Frideriche, *in Dorf und Feld Oestrich 9 Morgen Ackers* an dem Spyrbaume uff der Geszelen, *10½ Morgen Ackers in dem* Leydeloche, *2 Morgen Weingarten* an dem Gensebaum, *der Freienhof zu* Mittelnheim *(M-lheim). — Abschr. in Würzburg, Mainzer Bücher versch. Inhalts nr. 29 fol. 159b.*

986. *Trier 1357 Februar 1.*

Der Mainzer Dekan und Trierer Domherr Rudolf Losse macht sein Testament.

D 202[1]). — *Die Testamentsvollstrecker begegnen erst in Nr. 1028, vgl. Nr. 1017.*

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Rodolphus dictus Losse decanus Magunt(ine) et canonicus Treveren(sis) ecclesiarum per dei graciam mente sanus, quamvis parumper in manibus debilis consideranter attendens dictum ewangelicum ‚Vigilate, quia nescitis diem neque horam'[1]) et in ardentibus votis gerens, dum racio regit mentem, quam sepe ne dum langwor obnubilat sed et circumstancium personarum avaricia et inportunitas necnon emergencia et incumbencia negocia in tantum opprimunt et inpediunt, ut non solum spiritualium et persone proprie verum eciam rerum temporalium cogant langworis vehemencia et circumstancium et negociorum oppressio dolorosius oblivisci condicionis humane inevitabile debitum, ne intestatus decedam, salubriter prevenire et vigilando disponere de bonis et rebus meis a deo mihi collatis et per inmensos labores meos conquisitis et eciam in parte de hiis, que progenitorum meorum successio ad me devolvit, et de hiis, que conparavi de ipsis ad laudem Altissimi et ad consolacionem proximorum fidelium de ipsis bonis et rebus meis per presens testamentum meum disposui et ordino in hunc modum. *1.* In primis siquidem in altera pretactarum ecclesiarum Magunt(ina) aut Treveren(si), cui vicinior quantum ad locum decessero, meam eligo ecclesiasticam sepulturam dans et legans cuilibet predictarum ecclesiarum Magunt(ine) et Treveren(si) ad perhennem dei gloriam centum florenos pro redditibus annuis conparandis in meo anniversario inter canonicos, vicarios et capellanos, qui vigiliis misse et commemoracioni pro defunctis interfuerint, annis singulis equaliter dividendis salva tamen de eisdem in qualibet dictarum ecclesiarum campanario seu

custodi propter debitam conpulsacionem annuatim in diebus anniversarii mei faciendam et eciam magistro rectori parvulorum, si ipse vigiliis et misse pretactis interfuerit, qui eciam per se vel per alium diem mei anniversarii kalendariis seu libris choralibus annotare aut annotatam videre debebit congrua porcione. *2.* Item fructus et redditus decanatus et prebendarum Magunt(ine) et Treveren(sis) ecclesiarum pretactarum et aliorum beneficiorum meorum post obitum meum extantes pro manibus mihi non solutos nec deliberatos solutis tamen de ipsis et supportatis prius oneribus et expensis, si que racione huiusmodi beneficiorum forsitan in[m]inerent[a]), dimitto et lego ipsis ecclesiis, a quibus huiusmodi fructus et redditus mihi cesserunt vel cedere aut provenire seu solvi debuerunt ac debebant eciam pro conparandis et augendis annuis redditibus cum reliquis distribuendis, ut pingwiores singulorum fiant porciones, in meo anniversario, ut iam supra proxime est expressum, ita sane, si pretact[o]rum[b]) fructuum et reddituum solucio mihi facienda in vita mea sub spe obitus mei aut alias fraudulenter non fuerit retardata alioquin ipsi fructus et redditus meis executoribus infrascriptis persolvi et assignari debebunt ad opus testamenti mei presentis. *3.* Item volo et mando, quod singula debita, in quibus me teneri apparuerit et iniuste acquisita, recepta vel retenta per me vel meo nomine, si extant, restituantur. Sed si non extant, tunc eorundem valores de bonis et relictis meis mobilibus et in eorum defectum de immobilibus ubicumque consistant, usque ad satisfacionem[b*]) congruam solvantur et meis creditoribus benivole satisfiat vel saltem cum creditoribus meis per conpensacionem, transactionem, donacionem, remissionem, acceptilacionem seu per conposicionem vel alias concordetur. *4.* Item cum multa bona mihi pervenerint racione ecclesie Trever(ensis) predicte et sub ea, ego tamquam gratus do et lego ad ipsam ecclesiam centum florenos pro ornatu sanctarum reliquiarum et altarium in ecclesia supradicta, ut subscripti executores presentis testamenti mei ipsos florenos, ubi plus ad honorem dei oportunum visum fuerit et saluti anime mee magis congruere viderint, distribuant et convertant. *5.* Item do et lego et sancti Castoris Cardonen(sis) et sancti Castoris et sancti Florini Confluen(tini) necnon sancti Symeonis Treveren(sis) ecclesiis C florenos, videlicet cuilibet ipsarum ecclesiarum quinquaginta florenos bonos pro redditibus perpetuis, quamtocius fieri poterit, conparandis et in meo anniversario annis singulis in ipsis ecclesiis inter canonicos, presbyteros, vicarios seu capellanos, qui missis et vigiliis in ipsis ecclesiis interfuerint, equaliter distribuendis salvis eciam rectore parvulorum, qui eciam ad annotacionem et presenciam, ut supra de alio conscriptum est, teneatur et custodibus seu campanariis pro faciendis devotis conpulsacionibus porcionibus congruentibus, prout decet. *6.* Item monasterio beati Mathie apostoli extra muros Treveren(ses) ordinis sancti Benedicti ad ornatum sanctarum beati Mathie apostoli reliquiarum aut saltem eius sepulchri aut pro emendis annuis redditibus seu censibus in meo anniversario inter monachos ibidem tunc vigiliis et misse

interessentibus distribuendis sex casseas argenteas meas mediocres seu viginti florenos pro eisdem. *7.* Item do et lego priori et fratribus Carth(usie)n(sibus) domus sancti Albani extra muros Treveren(ses) omnia et singula utensilia mea, que die obitus mei habuero in domo seu curia habitacionis mee Trever(ensis), preter ea, que infra aut in aliis litteris meis alii vel aliis legavero nominatim, et preter ea, que mecum de aliis partibus in Treverim adduxi seu feci apportari; quam quidem curiam et domum ad ius eorundem fratrum pertinere publice recognosco. *8.* Item eisdem fratribus Carth(usie)n(sibus) do et lego ultra premissa melioraciones meas et inpensas, quas in edificiis in curia mee habitacionis pretacta seu domo eorundem feci aut inpendi, ut largicione mea de pretacta curia et domo ampliores census annuos quam hucusque perceperint, possint habere. *9.* Et ultra hoc eisdem fratribus Carth(usie)n(sibus) do et lego quinquaginta florenos pro redditibus conparandis perpetuis, ut in die anniversarii mei ad gloriam Altissimi post decantacionem vigiliarum et missarum et factam conmemoracionem de censibus pretactarum per me factarum melioracionum et edificiorum et reddituum conparandorum convenienter pitancia pro amplioribus divinis laudibus valeant recreari. *10.* Item hospitali beate Elizabeth prope sanctum Maximinum extra muros Trever(enses) meliorem lectum meum cum pulvinari et maiori sarsa viridi ad ipsum lectum apta aut viginti quatuor florenos pro ipsis ad emendum redditus annuos inter presbyterum vigilias et missam die mei anniversarii cantantem et concelebrantes et inter pauperes ipsius hospitalis deum suis oracionibus pro me inplorantibus distribuendos pro pia recreacione humana. *11.* Executoribus autem meis subscriptis iniungo firmiter et committo, ut ab ecclesiis, monasteriis et hospitali, in quibus meus iuxta presens testamentum meum debet peragi anniversarius seu conmemoracio, ante effectualem et realem pecuniarum aut aliarum rerum solucionem recipiant litteras de peragendis meis in eorum ecclesiis et monasteriis anniversariis obligatorias et recognitorias in forma conpetenti et plana. Et nichilominus diem mei anniversarii suis kalendariis seu libris missalibus inseri faciant et ipsi executores seu aliqui aut alter ex eis insertam videant et conscriptam. *12.* Item do et lego fratribus predicatoribus conventus Treveren(sis) librum de natur(is) rerum [2]) in primis foliis monstruosis hominibus depictum, item ultra hoc eisdem viginti florenos. *13.* Item fratrum Minorum, Augustin(orum) et Carmelitarum conventibus cuilibet quinque libras denariorum Treveren(sium), ut ipsi, maxime fratres predi[ca]tores [c]), perpetuo deum pro anima mea celebrando missas et decantando vigilias pro defunctis intimius deprecentur et me oracionibus fidelium in suis sermonibus recommendent. *14.* Item beate Marie in Orreo Trever(ensi), sancte Katherine intra et in Leonis ponte et sancte Barbare extra muros Trever(enses) sanctimonialium monasteriis seu abbatisse, magistris et conventibus eorundem cuilibet quatuor libras denariorum Trever(ensium), ut et ipse vigilias pro me psallant et missas pro defunctis celebrari et altissimum pro me devotissime inplorent ac

faciant deprecari et eo fervencius laudibus divinis insistant. *15.* Item do et lego decem maldra siliginis Trever(ensia) pro faciendis in Treveri die deposicionis seu sepulture mee et eciam in septimo et tricesimo stipis communibus cunctis Christi pauperibus elemosina indigentibus, eciam si hostiatim victum non querant, dummodo manuum labores eos seu eas commode nutrire non possint, volens, ut panes de predictis bladis decem maldrorum faciendi omnimode inter ipsos expendantur. *16.* Item do et lego sexaginta florenos bonos et ultra, si opus fuerit, usque ad centum florenos ad emendum in continenti post obitum meum aut eciam ante spe evasionis cessante pannos nigros non preciosos neque magni precii pro faciendis vestibus lugubribus, quibus omnes et singuli familiares mei, qui voluerint, et ultra hoc duodecim clerici pauperes ante et in die deposicionis mee et in diebus sequentibus induantur et corpus meum in die sepulture mee concummitentur[b*]) divinam misericordiam suis pro me gemitibus invocantes. Et est intencionis mee, quod pro pauperibus et eciam pro inferioribus famulis meis panni emi valeant ad induendum eo plures precii levioris. *17.* Item breviarium in duobus voluminibus magne scripture et alii libri quamvis parvi et modici valoris mihi assignati, dum essem officialis Treverensis, ut de ipsis saluti animarum eorum, quorum fuerunt, prospiciatur, qui sunt Trever(is), dentur et assignentur illi vel illis, quibus iure debentur. Sed si tales ignorentur, tunc reverendo in Christo patri domino .. archiepiscopo Trever(ensi), qui pro tempore fuerit, assignentur, ut de ipsis secundum deum auctoritate ordinarie ordinet et disponat. *18.* Item heredibus seu executoribus ultime voluntatis quondam Druchewindis textricis super ripam Treveren(sem) aut pro anima eiusdem viginti quinque solidos denariorum Trever(ensium). *19.* Item do et lego Bertholdo de Nebre ultra unum maldrum pro me prius assignatum eidem duo maldra bladi, tritici, siliginis et ordei mensure Erford(ensis) reddituum annuorum, item equum meum secundarium scilicet post unum meliorem, ut eo melius contentatus onera matrimonii levius sufferre aut sorores suas conveniencius valeat marita[r]e[d]). *20.* Item Harthungo famulo meo unum maldrum dictorum bladorum mensure annuorum reddituum mihi annis singulis de villa Hocheym prope Wangeheym proveniencium et eciam litteras super hoc confectas[3]) et si fortassis dictos redditus reemi contingat, volo, quod pecunia reempcionis predictis meis legatariis ad emendum alios redditus annuos pro rata integre persolvatur, ne in dictis redditibus et legato aliquatenus valeant defraudari. *21.* Sed si predicti Bertoldus et Harthungus tempore obitus mei in obsequiis meis non fuerunt, tunc eis predicta legata adimo in hiis scriptis, nisi per litteras meas aut alias constiterit, quod eos velim nichilominus legata habere pretacta. *22.* Item domino Henrico de Kuczeleibin canonico in Etchinst(ein) meliores decretales meas[4]), ut possit canones addiscere et sorores eo melius maritare. Quod si habitis decretalibus canones non didicerit aut si sorores suas non maritaverit, volo, quod dictas decretales meas alicui de consanguineis

meis ante obitum suum dare aut relinquere teneatur. *23.* Item cuilibet familiari meo domestico, cui vel quibus specialiter nichil legavi nec legavero, quatuor libras denariorum Trever(ensium). *24.* Placet tamen, ut ancillis et garcionibus meis raube et vestes mee, clericulis vero libri gramaticales et alii eis apti aut quedam aut aliquid ex eis ad largam estimacionem quatuor librarum pro persona qualibet tribuantur. *25.* Et ut hec omnia et singula supra et infra scripta felicem sorciantur effectum, honorabiles viros dominos Ottonem de Cygenhayn concanonicum meum Magunt(inum), Ebirhardum scolasticum sancti Symeonis Trever(ensis), Gebehardum vicarium in ecclesia Mag(untina), Theodericum dictum Mule sancti Castoris in Cardono et Reynbotonem dictum Schaf sancti Symeonis Trever(ensis) predicte ecclesiarum canonicos, de quorum fide et sincera amicicia experta et probata argumenta suscepi, huiusmodi mei testamenti seu extreme voluntatis mee executores seu manufideles facio et ordino in hiis scriptis ita sane, si omnes huiusmodi execucioni intendere vel interesse non potuerint aut fortassis non voluerint aut non interfuerint, tunc quatuor, tres, duo aut unus eorum hanc meam voluntatem ultimam nichilominus libere exequatur et illis realiter exequentibus et hiis intendentibus per coexecutores alios pretactos, qui haberi poterunt, de bonis meis expense necessarie, ne propriis stipendiis eos militare oporteat. Et ut presentis execucionis officium eis dampnosum existat et ut eo prompcius se de execucioni huiusmodi intromittant, do et lego domino Ottoni tria mea meliora, *26.* domino Ebirhardo tria secundaria, post hec meliora mea picaria argentea, *27.* domino Gebehardo lecturam fratris Nicholai de Lira super psalterium [5]), ita tamen ut ea post obitum suum pro sacristia ecclesie Mag(untine) ad erudicionem canonicorum et sociorum psalmos intelligere affectancium relinquere teneatur, *28.* item Reynbotoni bibliam meam meliorem, qui tamen habita per eum dicta biblia taliter disponere et ordinare debeb[i]t [e]), quod post eius obitum pretacta biblia capellano capelle mee Ysnac(ensis), qui pro tempore fuerit et ipsi capelle realiter assignetur, quia ipsam bibliam et eius dominium aput capellam eandem volo perpetuo remanere, *29.* item Theoderico dicto Mule canonicis predictis decretum meum mediocre [6]), quod pro utiliori reputo, rosarium seu et lecturam Archidyaconi super eo [7]), *30.* item Iohanni dicto Stock canonico sancti Paulini Trever(ensis) Sextum meum et Clementinas per me ipsum auditos et signatos [g]); *31.* qui Theodericus et Io(hannes) eosdem libros uni aut pluribus ex consanguineis meis, cui voluerint, qui eciam ipsorum consanguineus esse poterit, legare, dare vel relinquere teneantur. *32.* Quod si predicti restitucione gravati aut aliter eorum premissa non fecerint, volo, quod dominium pretactorum librorum et rerum ad filios legitimos Alheydis filie domini Hermanni Losse fratris mei militis, conthoralis domini Hermanni de Erish(use)n militis sororii mei aut eis deficientibus ad filios Thederici Losse armigeri patruelis mei eo ipso libere devolvatur eisque et eorum cuilibet actio efficax ad repetendum res et libros predictos a quocumque possessore aut detentore ex

hac mea disposicione ultima oriatur. *33.* Insuper gravo et onero omnes et singulos legatores meos eisdem firmiter iniungendo, ut nullus in vita sua quidquam horum, que alicui ex eis legavi, que servande servari possunt preter pecunias numeratas alienare valeat quovis modo, ut mei, cuius donum quanto frequencius aspiciunt, tanto prompciorem memoriam firmius habeant erga deum et ut cooperentur hanc meam voluntatem ultimam fideliter desiderate execucioni mandare. *34.* Illis autem, qui culpabiles in morte aut infirmitatibus meis fuerint aut eciam qui scienter contra hoc meum testamentum fecerint aut venerint publice vel occulte, facto aut verbis et eorum cuilibet legata seu donata eis per me facta et eciam facienda adimo et revoco specifice in hiis scriptis. *35.* Reliquorum vero bonorum meorum disposicionem, que in civitate vel dyocesi Trever(ensi) habeo et eciam extra, dum tamen ad me pertineant racione beneficiorum meorum ecclesiasticorum, de quibus specialiter non disposui nec ante obitum meum omnino disposuero, ordinacioni suprascriptorum meorum executorum committo mandans et volens, quod in continenti post obitum meum omnia et singula bona mea pretacta et alia per se vel alios realiter apprehendant et omnia et singula mihi debita repetant et recipiant et hii inter ipsos, qui mihi tenentur, aliis meis executoribus pretactis meo nomine persolvant et de hiis omnibus et singulis factis prius de ipsis inventariis, prout secundum deum et saluti anime mee magis expedire viderint, sua naturali discrecione disponant. *36.* Hanc igitur meam voluntatem ultimam esse volo, quam valere volo iure testamenti et si, ut sic non valet, valeat saltem iure codicellorum vel cui[u]slibet[f]) alterius ultime voluntatis semper tamen, quo advixero, addendi, minuendi, muta[n]di[g]), cor[r]igendi[h]), declarandi ac quolibet alio iuris beneficio mihi salvo, dummodo id, quod dixero vel ordinavero extra vel preter ordinacionem meam hic conscriptam in scriptis vel sine scriptis valeat duorum testimonio vel sub mei appensione sigilli, cui stare volo vel alias per scripturam auctenticam conprobari salvis nichilominus aliis testamentis, donacionibus, codicillis, prestacionibus et ordinacionibus meis maxime in partibus Thuringie[8]), quibus per hoc meum testamentum aut isti per illa non volo aliquas derogari, sed singula in suo robore iuxta ultimam meam disposicionem volo realiter in suo robore perdurare. *37.* In quorum omnium evidenciam et maiorem roboris firmitatem sigillum meum presentibus est appensum. Et rogavi et in hiis scriptis rogo pretactos meos executores in premissorum evidens testimonium et specialiter in signum execucionis in se suscepte necnon dominos Treveren(sis) principalis et domini archidiaconi Trever(ensis) curiarum officiales ad maiorem premissorum evidenciam sigilla sua appendere ad presentes. *38.* Et nos Otto Cyganhayn[b*]), Ebirhardus scolasticus, Gebehardus vicarius, Theodericus Mule et Reynboto canonici predicti in signum execucionis presentis testamenti honorabilis viri domini Rodol(fi) decani Mag(untini) predicti in nos assumpte et in premissorum omnium evidens testimonium, nos quoque Trev[er]en(sis)[i]) principalis, nos domini archidiaconi

Trever(ensis) curiarum officiales supradicti ad maiorem premissorum evidenciam recognoscimus nos sigilla nostra ad preces memorati domini Rodol(fi) decani Magunt(ini) presentibus eciam appendisse.

Actum et datum Trever(is) in domo habitacionis mee die prima mensis februarii anno domini M°CCC°LVI. secundum stilum civitatis et provincie Trever(ensis)[k]).

I) *Ueberschrift:* Testamentum domini Rudolphi decani Magunt(ini) ordinatum Trever(is) ‹anno LVI.› die prima mensis februarii. + a) inniner. + b) pretactar. + b*) *D.* + c) predictor. + d) maritale. + e) debebat. + f) cuiulibet. + g) mutadi. + h) corig. + i) Treven(sis). + k) *danach* finis testamenti.

1) *Matth. 25, 13.* ∞ 2) *des Thomas von Cantimpré; vgl. J. V. Carus Geschichte d. Zoologie (1872) 211 ff.* ∞ 3) *Nr. . .* ∞ 4) *vgl. Nr. 369.* ∞ 5) *vielleicht erhalten in Mainz Stadtbibliothek nr. II 72.* ∞ 6) *sonst nicht bezeugt.* ∞ 7) *vgl. v. Schulte II 186 ff.* ∞ 8) *Nr. 972.*

987. *1357 Februar 10.*

Herman Losse *Ritter erklärt, dass sein gnädiger Herr Abt* Henrich *zu Fulda seinem Bruder dem ehrbaren Herren* Rodolphe Lossen tumtechen zu Mencze, Iohanse *und* Thiczele Lossen *Gebrüdern und* Herman Lussen genant von Sewe $1^1/_2$ *Hufen Landes zu* grozzen Lupnicze *(Gr.-L-tz) und die Wüstung zu* Blindenrode *mit Zubehör bekannt hat* zcu rechten erbe ewiclich zcu habene, daz uf uns irstorben ist von Iohanse Lossen unsem vettern, *vorbehaltlich etwaiger Ansprüche des Stiftes oder anderer;* wanne her uns denne sine botschaft darumme tut, so sullen wir vor en riten unvorzcogliche adir ich vorgenant Herm(an) mit macht von uns aller wen und daz us trage geyn yme adir andirn luten, dy dar zcu sprechen, mit deme rechten. *Siegler: der Aussteller zugleich für R., J., T. und H.* Dirre brif iz gegebin noch gotez gebort dryczen hundert iar in deme syben und fumfzcigisten iare an sant Scolastigen tage. — *Orig. (mit abhängendem etwas verletztem Siegel) in Marburg, Stift Fulda Lehen Losse.*

988. *Burg Diemerstein [1357 Januar 9—Februar?].*

Kuno von Falkenstein warnt die Bürger von Frankfurt, Gut der Mainzer Dompropstei zu pachten.

Orig. (auf Papier, 2 mal quer gefaltet, mit Verschlussschnitten und Spur des rückwärts aufgedrückten Siegels) in Frankfurt, Reichss. nr. 149; vgl. Grotefend-Jung I 2, Vigener: Mitteilungen des Oberhess. Geschichtsvereins XIV 29 N. 1 mit Bemerkungen über die Einreihung.

Cuno de Valkenstein. Unsirn früntlichen grůz zů vor gesacz. Ir die borgermeyster und ‹der› rat zů Frankenfort! Wir biedin uch, abe keinre ůwer borger der důmpropstehen gůt bestanden hetten ader noch besten wolden von dem bischoffe von Mencz ader von sinen amptlůden, daz ir sy dez heizzet abe sin und wa sy dez nit in deden, můsten wir sy danne schedegen sa in wolden wir wydir uch nit gedan han. Datum Dymerstein.

Rückwärts: Den erbaren wisen luden den borgermeistern und dem rade zů Frankenfort d(an)d(um)[a]).

a) *weiter unten von anderer Hand:* Frankinfort.

989. *1357 April 1 (1359 Juni 23).*

Der Mainzer Dekan und Trierer Domherr Rudolf Losse vermacht seiner Blutsverwandtschaft seinen Hof zu Eisenach als dauerndes Gesamteigen mit Bestimmungen, insbesondere über den Patronat des Hofes und der zugehörigen Kapelle.

D 199[1]), *Abschrift des nach der 1. Ausfertigung hergestellten Entwurfes der jüngeren Fassung.*

Rodolfus dei gracia decanus Magunt(inus), canonicus Treveren(sis), sancte sedis apostolice capellanus. *1.* Notum facimus universis recognoscentes publice in hiis scriptis, quod nos con-

sideranter attendentes auctoritatem apostoli dicentis: ‚Neminem umquam habuisse odio carnem suam'[1]) et dictum beati Augusti(ni) asserentis ‚Qui exheredatis nepotibus ecclesiam satagit instituere, alium querat, non Augustinum'[2]), item beati Ambrosii dicentis ‚Proximos seminis tui ne despicias, * quibus pudor est ab aliis * subsidium postulare'[3]), prout hec eciam sacris canonibus sunt inserta[4]), volentes itaque consanguineis nostris aliquid caritativum subsidium ad laudem dei specialiter inpertiri et in aciem nostre consideracionis sollercius adducentes, quod curiam nostram Ysnac(ensem) ab omni servitute et onere eciam ab antiquo immunem et liberam sitam in longa platea de valva nostre domine beate Marie procedente usque ad castrum Ysnac(ense) ad manum dextram in parte anteriori pro parte maiori lapideam inter domos Thylonis de Frankenh(use)n et ⁅quondam⁆[a]) Iohannis de Wartza opidanorum Ysn(acensium), quoad partes collaterales et se retro cum ortis et edificiis appertinentibus usque ad viam apud muros opidi Ysnac(ensis) protendentem, quam quidem curiam ad ⁅nos⁆ in parte paterna devolvit successio quamque pro reliqua parte strennuo milite domino Hermanno Losse fratre nostro germano et pro certa parte a Iohanne et Theod(erico) Losse armigeris eorumque sororibus scilicet Iutta Iohannis de Melre et Elsa quondam Reynhardi de Bischoverode uxoribus, necnon ortum retro versus murum ab infra eidem curie adiacentem et ipsi curie contiguum et ammuriatum[b]) situm inter quondam Iohannis Losse et dicte Ubel Kunne ortos ⁅cum⁆ domunculis et aliis pertinenciis suis, super quem ortum quondam Rodol(fus) dictus Losse miles certum censum annuum filiabus suis quondam Hanne priorisse et Berthe Lossen moniali in Cruczeburg assignaverat, in quo orto orreum sollempne et vivarium de novo nos constat exstruxisse, promptis nostris pecuniis conparavimus et ipsam, eo quod tota curia cum fundo, edificiis, ortis et aliis suis pertinenciis ad progenitores nostros Lossones pertinuisse et ipsos in eis pacifica possessione fuisse[d]) constat a tanto tempore, quod de eius contrario memoria hominum non existit, provide refecimus in edificiis antiquis ruinam minantibus lapideis[c]) et aliis et de novo in ipsa curia domum supra portas, item domum inter antiquam caminatam et domum Iohannis de Wartza sitam, item domum dictam Ritterhus, item dictam Fridehof cum suis appendiciis non absque impensis gravibus et laboribus sumptuose edificavimus et nichilominus in eadem curia ad gloriam altissimi pro conservacione nostri generis et nominis capellam de novo fundavimus, instauravimus, exstruximus et dota[vi]mus[d]) nec non cameras et habitaciones inter domum supra portas et capellam extrui fecimus pro capellano perpetuo et eciam pro custode seu ecclesiastico perpetue tenendis ibidem. Nos itaque matura deliberacione et digestis prehabitis consiliis memoratam curiam nostram cum pretactis capella, iure patronatus, domibus, edificiis, ortis, vivario, libertatibus et universis et singulis suis pertinenciis et iuribus damus et legamus intuitu pietatis divine et sincere caritatis post obitum nostrum memoratis domino Hermanno militi fratri nostro eiusque liberis masculis in perpetuum

et Lutrudi de Nezzilriden eius conthorali sorori nostre dilecte necnon in certis partibus inferius designandis Alheydi filie fratris nostri predicti et racione persone eiusdem strennuo militi Hermanno de Erish(use)n eius marito, quamdiu ipsa Alheidis vixerit et eciam ea defuncta, si et quamdiu ipse Hermannus partum vivum ex eadem Alheyde habuerit et non alias, item Theoderico Losse predicto et Else eiusdem Theoderici conthorali filie quondam Theoderici dicti Schaf de Wangeheym ante pontem armigeri nostri avunculi materni et <Hermanno et Iohanni> ⁼Iohanni, Hermanno et Rodolfo⁼ ⁼impuberibus ac aliis dictorum Theoderici et Else liberis masculis presentibus et posteris nec non Iohanni⁼ fratri dicti Theoderici et Hermanno nato quondam Hermanni Losse dicto de Sewe armigeris patruelibus nostris sub modis, formis, partibus, particionibus et condicionibus infrascriptis. *2.* Videlicet ut ipse Hermannus frater noster et post eum eius liberi masculi vel masculus et Lutrudis predicta, quamdiu ipsa in viduitate absque viro viva permanserit, eciam si ex fratre nostro lib[e]ros[e]) non habuerit, principale dominium totius curie habeant et in ipsa curia cum omnibus ipsius curie iuribus et patronatu capelle et aliorum principales existant. *3.* Sed predicti frater et soror et fratris nostri liberi pretacti pro usu et habitacione eorum specialiter pretactas domum supra portas et totam caminatam antiquam cum cellario ante et retro, subtus et supra, item domum dictam Fridehof pro media parte vel quasi eiusdem domus scilicet a curia Iohannis de Warcza predicti usque ad finem absidis versus ortum Tylonis pretacti super torritorium per nos constructum iam dicte domui appense et ipsam absidem totam cum torritorio, item orreum pretactum et domunculas, vivarium, ortum et totale residuum predicte curie, quod alii aut aliis infra non dederimus nec deputaverimus. *4.* Sed Alheidis neptis nostra pretacta et Hermannus maritus eius, quamdiu ipsa Alheydis vixerit, et eciam post obitum eius liberi masculi de eiusdem Alheydis corpore procreati, sed ⁼si⁼ Alheydis eos aut eum non habuerit, tunc eius filie et earum liberi et posteri et ipsis liberis vel uno ex eis viventibus eciam Hermannus de Erishusen predictus quoad vixerit et non amplius domum anteriorem proximam domui Iohannis de Warcza, que[f]) quondam fuit Gerwici Losse patrui nostri, sed per nos quasi funditus restaurata cum abside super estuarium et spacio curie a dicta abside descendendo viginti duorum et a fine curie Iohannis de Wartza XV pedum computando. *5.* Dicti autem Theod(ericus) et Elsa et eorum liberi masculi, alioquin hiis deficientibus eciam femelle domum dictam das ritterhus et de curia adiacente eidem inferius usque ad stillicidium domus dicte Fridehof et sedecim pedum a muro eiusdem domus ritterhus versus curiam Iohannis de Wartza mensurandorum salvo tamen Iohanni eiusdem Theoderici fratri et suis liberis de suo corpore procreatis, si eos legitime habuerit, tercia parte seu quasi in eadem domo ritterhus, tertio stabulo versus Fridehof sub eadem domo ritterhus constructo ab infimo usque ad summum eiusdem domus et a muro dividente ipsum ab alio stabulo et ultra

usque ad tecta ascendendo. Sed eo absque liberis masculis vel feminis mortuo dicta pars sua ad dictos Theodericum fratrem eius et Elsam eorum liberos omnimode devolvatur. *6.* Hermannus vero Losse armiger predictus et eius ‹ liberi ›ᵍ) reliquam partem mediam domus Fridehof sumendam ab orto Thilonis de Frankenh(use)n predicti usque ad edificium seu dictam absidem pro torritorio factam et de orto a fine dicte absidis et eius absidis, que est super cloacam, usque ad medium terre de fundamento capelle adducte et elevando exaggerat‹o›‹ e › usque ad ortum Tilonis predicti libere habere et inhabitare et quilibet cum suis familiaribus parte sua consuete uti et gaudere valeant pacifice et quiete. *7.* Decedente vero predicto germano nostro sine liberis masculis tunc post dicte Lutrudis obitum principalitas et tota curia, in quantum eandem pro dictis fratre nostro et Lutrude deputavimus, ad Theod(ericum) Losse et Elsam coniuges predictos et ‹ Iohannem ›, Hermannum et <Iohannem> ‹ Rodolfum › natos eorum impuberes et alios liberos eorum masculos de suo corpore immediate vel mediate genitos <et> ‹ vel › nascituros, eciam si ipse ‹ Th(eodericus) › premortuus fuerit, devolvantur. ‹ Et › ex tunc domus ritterhus tota, in quantum eandem dicto Theod(erico) assignavimus, ad Iohannem Losse predictum, si supervixerit, et eius liberos masculos, si eos reliquerit, illico devolvatur salva nichilominus ipsi Iohanni et eius liberis parte sua prius sibi per nos assignata in ipsa. Item ipso Iohanne defuncto absque liberis memorati Theod(ericus) et eius liberi succedant eidem. Decedente vero dicto Theod(erico) et absque huiusmodi liberis masculis tunc memorati Alheidis, Elsa uxor Theod(erici) et Iohannes armiger et eorum liberi ‹ succedant › masculi vel eis non extantibus femelle de ipsorum corporibus immediate vel mediate procreatis in totale ius et in locum nostrum ac memorati fratris nostri et eiusdem Theod(erici) et totale dominium dicte curie, ita tamen ut omnes et singulas ordinaciones nostras semper observent, secundum capita inter ipsos dividende succedant. Et extunc Hermanno Losse armigero predicto et suis liberis de eius corpore procreatis tota domus ritterhus, sicut eam Iohanni et Theod(erico) assignaveramus, eo ipso accedat. Sed partem suam in Fridehof et orto inter pretactos nostros heredes dividendam relinquere ten[e]aturʰ) et memorate Alheydis eiusque liberis pars sibi per nos assignata nichilominus semper ‹ salva › consistat. Hermanno autem de Sewe predicto absque liberis decedente tunc predicti Alheyd(is) et Theod(ericus) eorumque liberi equaliter succedant eidem. *8.* Item volumus et ordinamus, quod Theoderici et Hermanni armigerorum predictorum uxores et cum suis liberis quibuslibet et famulis et ancillis, si maritos suos pretactos supervixerint, in partibus curie eorundem ad vitam earum, quando voluerint, valeant residere nostris tamen ordinacionibus semper salvis. Et poterit semper quilibet partem suam per nos designatam eidem ab aliorum partibus muro, pariete, edificio vel alias distingwere et in parte sua ipsam meliorando edificare et ea uti et frui, prout sibi videbitur, absque tamen alterius indebita vel

inhonesta lesione et gravamine inconsueto. Et is vel hii, qui in dicta curia nostra pro tempore resident, possunt et debent tunc non residencium spaciis et partibus et eciam edificiis vacuis salva tamen non residenti una camera et granario specialibus uti et frui honeste, donec ipsi eciam voluerint cum effectu personaliter residere. *9.* <Item damus et deputamus lapides et ligna secta seu aptata et non aptata et alia edificabilia cuilibet dictorum nostrorum heredum, prout ea in parte cuiuslibet tempore obitus nostri contigerit inveniri, ita ut quilibet, in cuius loco sibi per nos deputato tunc reperta fuerint, cum ipsis edificare et ad dicta ◁curie^{g}) edificia^{g})▷ convertere ten[e]atur nec ea neque aliquam eorum partem extra dictam curiam deduci vel alias distrahi serviat aut faciat quovis modo>. *10.* Sed si ipsi vel eorum aliquis edificare voluerit orreum vel domum aliam pro se vel pro suis liberis, hoc ipsis in areis seu spaciis eis designatis superius et eciam in orti spacio ab orto Iohannis de Warcza et a vivario usque ad finem orti versus murum opidi et inter viam arenosam exaggeratam et orreum et sepem orti quondam Iohannis Losse predicti proporcionabiliter licere debebit, ita videlicet, ut quam primum ◁aliquis^{g})▷ eorum ◁taliter^{g})▷ edificare voluerit, tunc statim huiusmodi ◁terre^{g})▷ spacium in tot partes, quot sunt tunc persone eiusdem curie, conparticipes equaliter dividatur. Sed ipsum spacium atque terram, quousque ibi actualiter edificatum fuerit, pertineant ad Hermannum fratrem nostrum vel illum vel illam, qui pro tempore iuxta ordinacionem nostram presentem super hoc factam dicte curie fuerit principalis et capelle patronus. Sed si ipse frater noster vel alius aut alia principalis in dicta curia edificare voluerit, hoc faciat in aliis suis spaciis et vacuis curie supradicte. *11.* Quod si predicti dominus Hermannus Losse, Iohannes, Theod(ericus) et Hermannus Losse, Alheydis et Elsa uxor Theoderici omnes absque liberis de eorum corporibus procreatis vivis permanentibus decesserint, tunc memorata curia nostra cum iure patronatus et cum qualibet eius parte et totali dominio, sicut eam dei gracia actu possidemus, ad consanguineos et heredes nobis ipsi eciam si non alteri proximos paternos et maternos utriusque sexus, eciam si ultimo dicte curie possessori non essent ita propinqui, ut nobis vel eciam si nobis infra aut eciam ultra decimum gradum attineant, cum solum copule carnalis prohibicio sed non consanguinitatis vinculum usque ad quartum gradum consanguinitatis sit restricta, semper cum suis honoribus et oneribus et salvis nostris ordinacionibus legitime devolvatur, ita quod propinquiores nobis in gradu quoad principalitatem et ius patronatus remociores excludant. Et si plures nobis in eadem linea sive gradu eque propinque attinuerint, eciam eque succedant et tunc senior inter eque succedentes huiusmodi principalitatem curie et ius patronatus capelle habebit. *12.* Edificia autem, qu◁e▷ sunt inter domum supra portas anteriores et capellam, item locum, qui est subtus dictam domum porthenariam a dextris, ubi per portam maiorem seu per valvam cum curru intratur, ◁dudum▷ deputavimus, dedimus et legavimus cum parte orti in

aliis litteris nostris[5]) descripte ad capellam eandem. *13.* Porro volumus et ordinamus, quod omnes porte et ianue ante et retro ad vias publicas et ad capellam et via currus de valva seu porta anteriori directe inter capellam et caminatam et subtus Fridehof et retro per orreum usque ad murum, insuper putei, coquina, itinera et transitus de domo seu habitacione et parte cuiuslibet ad capellam et ad domum seu habitacionem cuiuslibet et ad puteos, coquinam et ad cloacam contiguam subtus sed non supra Fridehof ipsis conparticipibus et eciam capellano et custodi et suis familiaribus temporibus debitis, absque tamen notabili dampno et incommodo cuiuslibet communes existant et ad clausuras, refectionem et reparacionem illorum pro rata communiter teneantur, nisi aliquis in culpa dampni esset, qui tunc solus reparare et reficere teneatur, donec super premissis inter se aliter mutuo ordinarint. *14.* Item quilibet conparticipum et eciam capellanus residere volentes unum, duo vel tria vasa ultra duas carratas vini aut cervisie insimul non continencia possit ad cellarium sub caminata testudinatum vel ad aliud anterius eidem contiguum pro usu suo et pro sua residencia reponere et de ipsis pro oportunitate sua gaudere. *15.* Preterea prenominati nostri heredes, cappellanus et alii predictam curiam in toto vel in parte habituri ipsam et quilibet partem suam in structuris et edificiis debitis cum ipsa curia presertim tempore gwerrarum et eciam senii[k]) refugium et ad obsequium divinum et alias ipsis et suis esse valeat multipliciter fructuosa solerti vigilencia iugiter conservare. Et super defectu seu negligencia huiusmodi alter alterum inter se seu conparticipes curie et coheredes in actu vel potencia accusare perpetuo et culpare debebunt. *16.* Ceterum neque presentes heredes et consanguinei nostri superius expressi neque posteri memoratam curiam in toto vel in parte extra nostre consanguinitatis genus eciam pro quacumque necessitate captivitatis, paupertatis, indigencie vel adverse fortune vel alia de causa vel occasione quacunque vendere, dare, alienare aut relinquere vel dimittere vel censualem aut deterioris condicionis facere valeant quovismodo nec aliquis dictam curiam vel eius partem obliget nec se super eam exactionari permittat, sed faciat, ac si eam numquam habuisset, quia in tali casu, ubi contrarium fieret, damus exnunc ut extunc dictam curiam quoad partem taliter agentis aliis conparticipibus vel conparticipi ius suum in dicta curia conservantibus aut conservanti inter eos, si plures fuerint, equaliter dividenda rogantes tamen exnunc, ut liberatus in ius suum pristinum, maxime si in culpa non fuerit, admittatur. Unde aliquo capto statim pars sua in dicta curia per capellanum assumetur ad reservandum et restituendum captivo, si se super hanc exactionari[l]) non permiserit, ut est tactum. *17.* Et si quis vel ‹si› qui cuiuscumque status vel preeminencie fuerint, per se vel per alium directe vel indirecte ab eisdem nostris heredibus vel semine eorum hanc curiam in toto vel in parte commutacione, precio, vi vel occasione quacumque vel causa, quod deus avertat, auferre voluerit, ipsi nostri consanguinei et heredes de dei adiutorio et sanctorum meritis confisi hereditatem

patrum nostrorum et suorum ymmo suam non dent nec auferri sinant nec alienent nec ˂eis˃ renuncient nec consenciant quovismodo, sed sint memores, quod nullum violentum perpetuum nec durabile et quod sanctus vir Naboth eciam regi Achab exigenti et frendenti suam vineam denegavit et usque ad sanguinem restitit et ad mortem defendit et ultor omnipotens violentum regem ˂Iesrahel˃ et Iezabel eius uxorem decipientem dicte vinee possessores iniquos ymmo et eorum filios tradidit dire morti sed et canes linxerunt sanguinem eorundem[6]). Consolentur itaque nostri heredes in domino deo[m]) nostro, cui super omnia servient, et sint robusti, quia non est differencia in conspectu dei liberare in multis et in paucis. Poterunt tamen predicti partem in dicta curia habituri unus alteri inter se sed nullo modo extraneo ius suum vel partem suam ad certos annos concedere, dare, vendere vel locare. *18.* Insuper quelibet persona, sive fuerit de consanguinitate nostra vel non, dominium, usum vel habitacionem ad tempus vel inperpetuum in dicta curia vel eius parte habitura, quecumque fuerit, sive resideat sive non, servis, ancillis et iuvenibus septennio, minoribus dumtaxat exceptis, teneatur dare anno quolibet in medio quadragesime sex et in medio adventus domini sex denarios usuales Ysnac(enses) aut sex Hallenses bonos et dativos adminus, capellano capelle predicte et custodi dicte capelle seu porthenario dicte curie duos denarios seu Hallenses pro nostri et filicis recordacionis dominorum Alberti Losse patris et domine Alheydis matris necnon Hermanni Losse de Blauestrude et Berthey Schaf de Wangeheym ante pontem necnon Uthe de Melsdorf et Elizabeth nate quondam dicti Hecht militum avorum et aliorum progenitorum nostrorum memoria feria quarta vel sexta post dominicam ‚Letare' et feria quarta vel sexta post dominicam ‚Populus Syon' in dicta capella ultra alias memorias et anniversaria specialiter et sollempniter cum vigiliis et missis devocione debita perpetue peragenda. Sed quelibet persona in ipsa curia commorans et nichilominus quelibet in eadem participium habens seu conparticipans actu vel potencia, ubicumque constituta fuerit, singulis diebus ultra consuetas suas oraciones unum ‚Pater noster' cum tribus ‚Ave Maria' in dei et ipsius virginis ac beatorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Anthonii honorem et laudem quolibet mane pro conservacione sui et nostri generis adque domus seu nostre cognationis bono statu dicere devote debebit. *19*[7]). Denique volumus, quod ius patronatus predicte capelle et dicte curie nostre principalitas post nos et predictos fratrem et sororem nostros semper pertineat ad Lossonem aliquem, ˂sive maior˃ sive minor annis fuerit, quamdiu Lossonum vel suorum liberorum aliquis de pretactis in humanis fuerit. Sed eis et de ipsorum corporibus procreatis liberis deficientibus tunc ad consanguineum nostrum proximum, qui in dicta curia et orto maius fundi spacium edificatum vel vacuum habuerit, eciam si per vim vel alias inique destitutus fuerit. *20.* Sed collacio officii custodie seu porthenarii ad illum vel illos, qui pretacto patrono et principali non exeunti in patronatu succederent, et si plures fuerint, tunc ad

seniorem inter eos, et si plures equalia spacia divisim vel coniunctim tenuerint seu possiderent, tunc ad seniorem inter illos solum et in solidum ad vitandum discordias inter eos spectent ac sibi salva consistant, qui patronus ipsam capellam requisito tamen prius conparticipum dicte curie consilio et tractatu cum ipsis prehabito persone ydonee maxime de genere nostro paterno vel saltem materno, si ydonea de nostra consanguinitate haberi poterit, que in hac parte personis aliis merito debebit preferri, infra quatuor menses a noticia vacacionis eiusdem capelle pure propter deum et animarum nostrarum omnium salutem simpliciter, gratis et absque omni munere conferre provide teneatur. *21.* Et quia sunt nonnulli, qui commoda amplexantes onera verbis subeunt, que postmodum lucris perceptis sufferre recusant, volumus et ordinamus, quod patronus super adimplendis, observandis et faciendis dictis nostris ordinacionibus et prestacionibus a memorato capellano, antequam admittatur, ydoneam videlicet pignoraticiam, fideiussoriam aut aliam recipiat caucionem, quam eciam ipse cappellanus prestare et facere, eciam si alias probus et legalis existat, omnimode teneatur. *22.* Iste vero Losso seu heres, ad quem iuxta premissa officium custodie seu porthenarii pertinebit, ipsum persone litterate et saltem aliquid scribere seu litteris signare scienti aut in huiusmodi defectum alteri tamen ydoneo infra mensem, postquam vacaverit, teneatur conferre, ‹prout hec in litteris super obtacione capelle pretacte[5]) fusius, eciam lacius sunt expressa›. *23.* Item quicumque in locum patroni seu principalis vel secundarii, qui est seu erit proximus post principalem et patronum, aut eciam cuiuslibet conparticipis quocumque modo successerit, talis et tales, sive actu morentur in curia sive non, tamen statim infra quatuor ebdomadas litteras de observandis nostris ordinacionibus secundum formam et intencionem presencium capellano, qui tunc fuerit, dare solum mutatis suis nominibus et data litterarum utique teneantur sub suis propriis, si habeant, alioquin ‹sub› duorum proborum sigillis. Qui capellanus easdem litteras debet cum diligencia et sub fido proborum testimonio reservare. *24.* Qui vero nunc vel in posterum premissa vel eorum aliqua non observaverit, sed contra ea scienter et maliciose fecerit seu in exequendis et faciendis secundum ordinaciones nostras negligens vel remissus fuerit, primo graviter per quemlibet senem et iuvenem proximum et remotum nostrum consanguineum vel affinem sepius arguatur; quod ‹si› nec sic premissa observare aut neglecta facere emendare et supplere et execucioni mandare curaverit et hoc per alios conparticipes aut per iudicem conpetentem arbitratum, pronunciatum seu dictum fuerit, is statim a parte sua dicte curie et eciam hereditatum, reddituum et bonorum predictorum, quos seu que a nobis seu racione[n]) nostra habet, eo ipse cadat parte sua tam in curia quam in bonis et redditibus pretactis ad alios has et alias nostras ordinaciones observantes ipso facto translata. Sed si ipsi conparticipes omnes, quod deus avertat, premissa violarent seu ea adimplere negligerent nec curarent, tunc dicta curia nostra et omnes

possessiones, hereditates, redditus adque bona, qui seu que eis a nobis vel racione nostre persone obvenerunt, cum suis libertatibus, honoribus, iuribus et pertinenciis quibuscumque ad alios consanguineos nostros post eos nobis proximos premissa attendere et diligenter servare et adimplere cum effectu ⸢volentes⸣ legitime et cum suis oneribus per nos inpositis devolvantur, qui se de ipsis eciam auctoritate propria intromittere et eorum possessionem nancisci valeant effective. *25.* Preterea omnes illi et singuli, ad quos vel ad quem premissa quocumque et quibuscumque modis vel titulis pervenerint, in toto vel in parte teneantur eosque teneri volumus, eciam si nostri non essent consanguinei, ad omnia et singula facienda, prestanda et exequenda superius per nos inposita et expressa, quia res et bona cum suis oneribus ad quemlibet transire noscuntur. *26.* Has igitur nostras donaciones et ordinaciones inviolabiliter volumus perpetuo observari salvo tamen nobis, quoad vixerimus, quod de dicta curia et qualibet eius parte amplius edificanda, vendenda, alienanda et oneranda aliter et aliter pro iure voluntatis beneplacito disponere et ordinare possimus. *27.* In quorum omnium evidenciam et maiorem valoris firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus appendendum <rogantes eos *sume*[o]) *ex dotacione*[8])!>. <⸢Rogavimus⸣[p]) quoque et in hiis scriptis rogamus discretos viros Theodericum dictum Mule Cardon(ensis) et Reynb(otonem) Schaf sancti Symeonis Trever(ensis) ecclesiarum canonicos et Bertoldum de Nebre armigerum consanguineos nostros dilectos, ut ipsi eciam sigilla sua in testimonium ad presentes appendant⸣>. *28.* Et nos predicti Hermannus Losse et Hermannus de Erish(usen) mil⸢it⸣es, Iohannes Tyzelo et Hermannus ⸢de Sewe⸣ nosque Lutridis, Alheydis et Elsa pro nobis et nostris heredibus in perpetuum recognoscimus publice in hiis scriptis, quod premissis et aliis donacionibus, legatis et ordinacionibus omnibus et singulis per venerabilem <virum> dominum nostrum Rudolphum decanum Mag(untinum) de sua pretacta curia, que ad ipsum solum et in solidum pertinet, et de aliis suis heredibus, hereditatibus, possessionibus adque bonis pro nobis seu quolibet nostrum et pro capella sua Ysn(acensi) et pro quibuslibet personis, ecclesiis, monasteriis vel locis aliis in presenti aut aliis litteris suis factis nostrum expressum consensum et liberum adhibuimus et presentibus adhibemus et bona fide promisimus et promittimus ⸢et nichilominus iuravimus universa et singula supratacta⸣ rata et grata et inconvulsa nos velle et debere perpetuo attendere et ea facere et exequi et inviolabiliter observare nec contra ea in toto vel in parte clam aut palam ⸢quavis⸣ occasione vel causa facere aut venire renunciantes pro nobis et nostris heredibus predictis expresse et ex certa nostra sciencia de iure nostro certificati novarum constitucionum et epistole divi Adriani iuris ypothece cedendarum accionum et restitucionis in integrum beneficiis condicioni indebite et sine causa actioni in factum, excepcioni doli, mali, rei aliter geste quam scripte condicioni incerti, privilegio fori nec non omnibus aliis et singulis beneficiis, auxiliis, excepcionibus et

defensionibus iuris canonici et civilis ac consuetudinibus, eciam si ipsorum renunciacio specialis foret necessaria, quibus contra premissa ˂aut eorum aliquid˃ quomodolibet iuvari possemus aut facere vel venire et eciam omni iuri nobis aut alteri ex nobis in predictis curia et hereditatibus sive bonis et eorum pertinenciis ultra nobis per prefatum dominum decanum deputata superius conpetenti et conpetituro litteris impetratis et impetrandis et specialiter iuribus dicentibus generalem renunciacionem non valere volentes eciam quantum ad hoc omnes et singulas renunciaciones excogitabiles pro specialiter expressis et enumeratis haberi et debebunt heredes nostri post nos in dicta curia hereditatibus, bonis vel possessionibus aliquam partem habituri statim, postquam quartum decimum sue etatis annum compleverint, similiter promittere et iurare in presencia proborum virorum, qui pro eis, si propria sigilla non habuerint, consimiles litteras sigillent, quas quilibet nostrum heredum pro se dabit, se omnia et singula supra scripta fideliter et firmiter servaturos. Et in premissorum omnium evidens testimonium sigilla nostrum Hermanni et Hermanni militum et Theoderici Losse una cum sigillo memorati domini decani presentibus sunt appensa. Et quia nos Iohannes et Hermannus Losse armigeri et nos Lutrud[i]s[q]), Alheydis et Elsa predicti propria non habemus sigilla, sigillacioni predictorum stamus contenti et nichilominus rogavimus et in hiis scriptis rogamus dominos ˂Bertoldum Pordicz decanum ecclesie sancte Marie ˂Ysn(acensis) et˃˃, Gyselerum prepositum monasterii sancti Nicolai ˂et Henricu(m) custodem ecclesie sancte Marie Ysnac(ensis)˃ ˂Ysn(acensis) et Reynb(otonem) dictum Schaff de Wangeh(eim)˃ sigilla ˂sua˃ in testimonium eciam appendere ad presentes. *29.* Nos quoque ˂Th(eodericus) et Reynb(oto) canonici et Ber(tolfus) de Nebere predicti ad sepedicti domini nostri Rudolphi decani et nos˃ ˂Bertoldus decanus˃, Gyselerus prepositus et ˂Henricus custos˃ ˂Reynb(oto)˃ predicti ˂a˃ predictorum Iohannis et Herma(n)ni armigerorum et dominarum Lutrudis[r]), Alheydis et Else preces recognoscimus nos in premissorum evidens testimonium sigilla nostra presentibus eciam appendisse.

Datum et actum anno domini M°CCC^mo^ L˂VII. die prima mensis aprilis˃ ˂IX. in vigilia ˂beati˃ nativitatis beati Iohannis baptiste˃[r]).

l) *Ueberschriften:* Super disposicione curie Isnacen(sis) *(soweit mit lichterer Tinte von L.s Hand, der Rest vom Schreiber des Textes)* domini Rodolfi decani Mogunt(ini) et divisione eiusdem inter heredes suos. + a) *über getilgtem* Iohanne. + b) a(n)u(ur)atum. + c) lapideiis. + d) dotamus. + e) libros. + f) *davor* XV. *getilgt.* + g) *von L. in Lücke nachgetr.* + h) tenatur. + i) *durch* va-cat *von L. getilgt.* + k) *darüber Kürzungsstrich von L. getilgt.* + l) exactinorari. + m) *danach das getilgte Bruchstück Nr. 1021.* + n) racoie. + o) sume ex dotacione *offenbar eine aus dem Konzept übernommene Anweisung für den Reinschreiber.* + p) Rogav. appendant *von L. nachgetr., dann wieder durch* va-cat *getilgt.* + q) Lutrudus. + r) *am unteren Rande:* ˂Quod bona empta sunt domini Rudolphi non obstante expressione domini Hermanni et heredum facta in littera.˃

1) *Eph. 5, 29.* ∞ 2) *Augusti Serm. 355 c. 5.* ∞ 3) *Ambrosius De officiis I 30 — c. 16, D. 86.* ∞ 4) *D. — —.* ∞ 5) *Nr. 972.* ∞ 6) *vgl. 3. Reg. 21.* ∞ 7) *cc. 19—22 wörtlich aus Nr. 972.* ∞ 8) *Nr. 972, wo aber der hier in Betracht kommende Schluss fehlt.*

990. *1357 April 5.*

Ritter Arnolt genant Dymare *(e über y)* von Dyppach *verkauft an Domdekan und -kapitel von Mainz für deren Präsenz seine* auwe *im Rhein in der Mark* Schirstein *(Schierst-) mit näheren Angaben über die Lage für 130 kleine Gulden. 1357* in der nehsten mittewochen for dem heiligen ostertage. — *Abschr. in Würzburg, Mainzer Bücher nr. 35 fol. 127a.*

991. *Eltville [1357] Mai 17.*

Erzbischof Gerlach von Mainz bittet die Stadt Frankfurt, die von Nürnberg zur Annahme seiner Vermittlung zwischen ihnen und seinem Eltviller Bürger Christian Fürer zu bewegen.

Orig. (auf Papier, 1 mal längs und 2 mal quer gefaltet, mit doppelten Verschlussschnitten und Spuren des rückwärts aufgedrückten grünen Sekretsiegels) in Frankfurt, Reichss. nr. 63; vgl. Grotefend-Jung I 5, Vigener I nr. 2735 mit Bemerkungen über die Einreihung. Der Brief steht doch wohl in unmittelbarer Beziehung zu Vigener nr. 947, sodass an seiner Zugehörigkeit zu 1357 kaum ein Zweifel ist.

Gerlacus archiepiscopus Magunt(inus). Unsern fruntlichen grusz bevor. Burgirmeistir, burgir und rad der stad Frankinfurd, lieben frunde! Wiszent, daz wir den von Nůrenberg geschriben han, daz sie Cristan Furir unserm burger zů Eltevil einen gutlichen dag zů Frankinfurd adir zů Mildenberg wullen bescheidin. Dar by wullen wir unsir frunde senden, die alle gutlichkeit zuschen yn suchen sollen. Des begern wir und bieden uch fliszlichen, daz ir die von Nurenberg undirrichtin wullit, daz sie dem vorgenanten unserm burgir einen gůtlichen dag<e> bescheidin wullin an die vorgenanten stede und beschin lazin, abe sie unsir frund mit minne und fruntschaffte gerichten mogen.

Datum Eltevil in vigilia ascensionis domini.

Rückwärts: Den erbern wysen luden den burgirmeistern, burgern und rade der stad Frankinfurd unsern besundern frůnden.

992. *Windsheim [1357] Juni 9.*

Der Reichskanzler Johann, Bischof von Leitomischl, bittet die Stadt Frankfurt, der Kanzlei das beifolgende Weggeldprivileg zu vergelten.

Orig. (auf Papier, 2 mal quer gefaltet, mit doppelten Verschlussschnitten und Resten des rückwärts aufgedrückten roten Lacksiegels) in Frankfurt, Reichssachen Nachtr. nr. 662; vgl. Grotefend-Jung II 174 (zu ca. 1390). Die Einreihung wird durch das angeführte Privileg (N. 1) bestimmt.

Iohannes episcopus Luthomislen(sis) imperialis aule cancellarius. Lieben frund und burger von Frankenfurt! Wir senden uch von besunder fruntschafft und liebe uwern brief von dem wegelte zů Frideberg[1]) und han wir und meister Henr(ich) von Wesil unsern ernst darzů getan und bestellet, daz ir uns und den gesellen von der cancellarien von dem briefe und anderen, die ir genomen hait, <also tut>, daz uns alle zeit luste dienst und vorderung zů tůn in uwern sachen, wann wir nicht gerne sehen, daz ir <i><a>n uwern sachen sultet hindernuzz han, wo wir daz berichten muchten.

Geben zů Windensheim am freitag nach unsers herren lichnams dag.

Rückwärts: Den erbern weisen luten dem burgernmeistern, dem rot und burgeren von Frankenfurt, unsern lieben frunden.

1) *Huber nr. 2668.*

993. *Sulzbach 1357 Juni 12.*

Kaiser Karl IV. befiehlt dem Domdekan und -kapitel von Mainz, ihm ihre urkundlichen Rechtstitel über ihre Pfandschaft Oppenheim auszuliefern.

Eingerückt in Nr. 999; Vigener I nr. 828 Reg.

.. Karle von gotes gnaden Rômischer keiser zû allen ziiten merer des riches unde kûnig zû Beheim. Lieben andachtigen! Wie wol wir vor langen ziiten uch oft unde dicke ermant und auch nuwelich unsir ernstlich briefe [1]) gesant haben, daz ir uns solich brieve, als ir von dem riche hinder uch noch habent ubir Oppenheim unde waz dar zû gehoret, sultent senden und antwerten odir uwer quitancienbriefe gebin, daz die obegenanten briefe, ob sie ymmer zû liechte quemen, keine macht nach craft solten noch môgen haben, als ir uns daz geretd unde gelobit hant unde uns daz noch nyt hant volendit, davon so manen wir uwer truwe unde wollin auch mŷt ganczem ernste, daz ir uns noch die briefe odir quitancien, als ob geschribin ist, ane hindernisse unde verczog sollent antwerten und gebin, wand, wo ir des nŷt tetent, so habin wir ieczint unsirm schûltheizen von Oppinheim unde alle unsirn .. burgmannen unde dienern da selbis unde andirswo geheizen und yn ernstlich gebotten, daz sie uwer und der kirckin gût unde gûlte von unsirn wegen sûllen und môgen angriffen also lange, uncz daz uns umb die briefe von uch recht mag wider varn.

Gebin zû Sûlczpach an dem nehstin mantag nach unsirs herren lichames tag unsirre[a]) riche in dem eylften unde des keisirstûms[a]) in dem drietten iare.

Rückwärts [2]): Den ersamen dem dechan und dem capitel des stiftes zû Mencze unsirn liebin andachtigen.

a) so.

1) *unbekannt.* ∞ 2) *vgl. Nr. 999 c. 3.*

994. *Koblenz 1357 Juli 6.*

Rodolfus *von Gottes Gnaden Dekan der Mainzer Kirche quittiert dem ehrenwerten Herrn* Godefridus Wynter *Dekan und dem Kapitel von St. Kastor in Koblenz über 10 gute und rechte Florentiner Gulden. Siegler: der Aussteller.* D. Confluen(ci)e a. dom. *1357.* die VI[a] mensis iulii. — *Orig. mit anhängendem sehr beschädigtem Siegel (Bild: Martin und der Bettler, darunter Schild mit Helmkopf) in Koblenz Abt. 109 Bündel nr. 167—177.*

995. *Znaim 1357 Juli 17.*

Kaiser Karl IV. fordert wiederholt vom Mainzer Domdekan und -kapitel deren Oppenheimer Urkunden.

Eingerückt in Nr. 999; Vigener I nr. 851 Reg.

Liebin andachtigen! Als wir uch vormalis ernstlich geschribin han [1]), daz ir uns geben unde antwerten soltent eynen quitancziesbrieff, als von Oppinheim, Odirnheim, Swabisperg unde waz dar zû gehoret, also embieten wir uch ernstlich, daz ir nŷt enlazent, ir engebint unde antwertent die selbin quitanczien zû stûnt unsirm liebin getruwen Heinczen zûm Ûngen, unsirm schûlth(eizen) zû Oppinheim, der uch wol underweisen sol, wie ir uns die quitanczien gebin sollint. Wo ir des nŷt tetent, so han wir gebotten dem selbin unsirm schûlth(eizen), daz er an uwer gût griffen sol unde sich des underwinden als lange, biz ir uns

die qwitancien gegebint, als uns daz geret ist zů tůnde. Unde wizzent, daz uns die sache lang gnůg ist verzogin.

Gebin zů Sneyme an dem nehstin mantage nach sante Margareten tag, unsirre riche des Rômischen in dem zwolften, des Beheymessin in dem eilften unde des keisertůmes in dem dritten jare.

Rückwärts[2]*:* Den ersamen dechan unde dem gemeinen capitel zů dem důme zů Mencze unsirn liebin andachtigen.

1) *vgl. Nr. 993.* ∞ 2) *vgl. Nr. 999 c. 3.*

996. *Eltville [1355—1357] Juli [19, 17, 16].*

Erzbischof Gerlach von Mainz bittet die Stadt Frankfurt, zwei ihrer Bürger anzuhalten, dass sie die von ihnen besetzten Besitzungen seines abwesenden Neffen Gottfried von Eppstein räumen.

Orig. (auf Papier, 1 mal längs und 2 mal quer gefaltet, mit doppelten Verschlussschnitten und Spuren des rückwärts aufgedrückten Siegels) in Frankfurt, Reichss. Nachtr. nr. 159; vgl. Grotefend-Jung II 147, Vigener I nr. 2726.

Gerlacus archiepiscopus Magunt(inus). Ir die burgermeister und scheffin und rad gemeinlich der stad Frankinfurd, lieben frunde! *1.* Wiszint, daz Gotfrid herre zů Eppinstein unsir lieber neve und diener, der ytzunt uszwendig landis ist, uns sin lant, lude und gůd zu[c] schuren, schirmen und virtedingen bevolen had. Des han wir virnomen, daz Ioerge Prunsacz uwir burgir des egenanten unsirs neven gůd zu[o] Ruwinheim inne haben und auch Kaldebechir, der uwer burger ist, als ‹in› dem gerichte wol kuntlich ist, da daz gůt gelegin ist. *2.* Des bieden wir uch ernstlichen, daz ir die vorgenanten uwir burgir solich haldin wullit und underrichten, daz sie unserm egenanten neven daz gud ligen lazen und yn dar ane lazen ungehindert. Tede sie des nit, so můsten und wollen unsers neven frund dar ane griffen; als daz gerichte da irteilit und gewisit, und wollen des vorgenanten unsers neven frund zu[o] irme rechten virtedingen. Ubirgriffen sie abir unwiszentlich dar ubir, so wulden wir sie abir zům rechten halden.

Datum Eltevil dominica post divisionem apostolorum.

Rückwärts: Den erbern wysen lůten den burgermeistern, scheffin und radt der stad Frankinfurd unsern lieben frunden.

997. *Burg Bürglitz 1357 August 4.*

Kaiser Karl IV. erinnert Dekan Rudolf und Domkapitel von Mainz, ihren Verzicht auf die Pfandschaft von Oppenheim und anderen Städten zu erklären und dem Schultheissen Heinrich zum Jungen einzuhändigen.

Eingerückt in Nr. 999; Vigener I nr. 856 Reg. In Nr. 999 c. 3 wird behauptet, der Titel hätte auf der Aussenseite gestanden; andererseits ist da von einer Adresse nicht die Rede.

Karolus quartus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus et Boem(ie) rex[a]). Devoti dilecti! Ad memoriam devocioni vestre reducimus, quomodo voluntate et voto unanimi civitates seu opida Oppinheim, Odirnheim, Swabisperg, Ingilnheim et Winterheim et eorumdem opidorum ac terre

castrenses, consilia, cives et homines ab universis iuramentis atque promissis vobis per eos factis velletis dimittere quitos et eciam absolutos litterasque, quas super eis habere dicimini [1]), nobis restituere et expresse renunciare omni iuri, quod in premissis quavis occasione vel forma vobis competeret et in posterum posset competere quovismodo, eidemque devocioni notulam super eo confectam [2]) interclusam presentibus transmittentes attencius vos requirimus presentibus et seriose monemus, quatenus huiusmodi premissi vestri memores notulam eandem ingrossatam et sigillo capituli vestri pendenti signatam [3]) fideli nostro dilecto Heinrico dicto zům Lůngen sculteto in Oppinheim et civi Magunt(ino) statim sine contradictione qualibet nostro nomine presentetis facturi taliter, quod premissorum vestrorum erga maiestatem nostram, sicut confidimus, exigente constancia pocius de legalitate vos commendare quam de varietate promissi reprehendere valeamus.

Datum in castro nostro Burgeleyns die IIII[a] mensis augusti regnorum nostrorum anno Roman(i) XII. Boemi(ci) XI., imperii vero tercio.

1) *wie Nr. 999 N. 1.* ∞ 2) *wie Nr. 999 N. 3.*

998. *Mainz 1357 August 21.*

Rodolff techand, Gerhard scholaster *und das Domkapitel von Mainz entlassen Burgleute, Rat und Bürgerschaft der Städte und Burgen Oppenheim, Odernheim,* Swabsberg *(Schwabsburg),* Ingelnheim *(Ober-Nieder-Ingel-)* und Winterheim *(Gross-Winternh-) aus der Reichs-Pfandschaft und geloben, sie, den allerdurchlauchtigsten Kaiser Karl ihren lieben gnädigen Herrn oder künftige Inhaber der Pfandschaft nicht wieder darum zu fordern. Siegler die Aussteller mit dem Kapitelsiegel.* — der gegeben ist zu Mencze off den mandag vor sancte Batholomes dage in deme iare do man zalte nach Cristus geburte druczenhundert iar in dem sebennten und funfczigesten iare. — *Eingerückt in Originalquittung des* Hencze zum Iungen *Schultheissen zu Oppenheim vom selben Tage in München Mainz Domkapitel Fasz. 111; Vigener I nr. 865 Reg.*

999. *Mainz 1357 August 22.*

Notariatsinstrument über den Protest des Dekans Rudolf und des Domkapitels von Mainz gegen ihren durch Kaiser Karl IV. erzwungenen Verzicht auf die Pfandschaft Oppenheim.

Orig. in München, Mainz Fasz. 365 (Domk. Fasz. 111); Vigener I nr. 867 Reg.

In nomine domini amen. *1.* Per hoc presens instrumentum publicum universis inspectoribus, maxime autem hiis, quorum interest aut intererit quomodolibet in futurum, pateat evidenter, quod anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo indictione X[a] die vicesima secunda mensis augusti, que fuerit feria tercia proxima post festum assumpcionis beate Marie virginis, hora terciarum eiusdem diei vel quasi in armario seu sacristia ecclesie Magunt(ine) conggregatis in unum capitulariter propter subscripta perficienda honorabilibus viris dominis Rodolffo decano et . . capitulo ecclesie Magunt(ine) prenotate me notario publico et testibus subscriptis vocatis ad hoc requisitis memoratus dominus Rodolphus decanus suo et aliorum suorum concanonicorum ac totius capituli dicte ecclesie Magunt(ine) nomine protestando coram me proposuit et in publicum deduxit, quod serenissimus

dominus noster dominus Karulus[a]) Romanorum imperator eisdem dominis decano et .. capitulo et ad ipsos dominos solempnem ac specialem suum nuncium videlicet strenuum[a]) virum dominum Heinricum militem de Hackinberg magistrum curie illustris ducis Austrie familiarem ipsius domini imperatoris cum litteris suis requisitoris[a]) et comminatoriis valde perhorrendis sigillo suo imperiali secreto, ut apparebat, sigillatis iam pluries direxisset, cum quibus eosdem dominos .. Rodolphum decanum et .. capitulum acriter monuisset et requisivisset, ut sibi quasdam litteras obligatorias originales super impignoracione seu obligacione castrorum, municionum et opidorum Oppinheim, Odirnheim, Swabisperg necnon villarum superioris et inferioris Ingilnheim, Wackirnheim, Winterheim maioris ac omnium iurium et pertinenciarum earumdem olim per quosdam ipsius domini Karoli in Romano regno et imperio predecessores prenotate ecclesie Magunt(ine) pro magna pecunie summa obligatorum traditas et assignatas[1]) sine dilacione restituerent et assignarent vel alias, si dicte originales littere obligatorie habere[a]) non possent, quod ipsi domini .. decanus et .. capitulum prescripti pro se ac suis in dicta ecclesia Magunt(ina) successoribus universis litteras renunciatorias seu quitatorias, quas prefatus dominus Karolus imperator in certa forma ad sue voluntatis beneplacitum in quadam notula[2]) concipi et scribi ac suis litteris includi fecerat necnon easdem per honestum virum dominum Hennricum[a]) dictum zům Iůngen officiatum suum in Oppinheim ipsis dominis .. decano et .. capitulo ecclesie Magunt(ine) destinavit, ut ipsi domini decanus[b]) .. Rodolphus et capitulum huiusmodi litteras renunciatorias eis, ut predicitur, in notula destinatas ingrossari facerent et sigillo copituli[a]) sui magno sigillarent ipsasque litteras[3]) imperiali nomine memorato Heinrico zům Iůngen traderent sigillatas. *2.* In quibus quidem litteris renunciatoriis ac quitatoriis huiusmodi predictis dominis decano et capitulo in nota, ut predicitur, destinatis inter cetera continebatur, quod supradicti domini .. decanus et .. capitulum pro se suisque successoribus universis omni tytulo ac iuri, quod ipsis .. dominis et ecclesie sue Mag(untine) in prenotatis castris, opidis et villis atque iuribus et pertinenciis eorumdem nunc vel in futurum occasione pretacte obligacionis seu impignoracionis atque litterarum super eis factarum quovismodo competeret, totaliter renunciare deberent, prout hec et alia graviora magis magisque perhorrenda in dictis litteris imperialibus comminatoriis continebantur ac eciam clarius et expressius per dictos domini imperatoris nuncios oretenus dicebantur seu exprimebantur. *3.* Quarum quidem litterarum imperialium requisitoriarum et comminatoriarum michi notario publico ad legendum ibidem exhibitarum tenores cum suis tytulis ac superscripcionibus de verbo ad verbum inferius per ordinem sunt conscripti. Et primo tytulus seu tenor superscripcionis prime littere[4]) exterius appositus talis est: ‚Karolus — rex', ‹interius vero sic›: ‚Devoti — tercio'. Item tenor secunde littere[5]) imperialis predictis dominis .. decano et capitulo per memoratum dominum Carolum transmisse primo in superscripcione a tergo ascriptus talis est:

‚Den ersamen — — andachtigen'. Interius vero sic, ut subscribitur, fuit et est talis: ‚Karle — — drietten iare'. Item tenor tercie littere imperialis[6]) et primo superscripcio in exteriori parte a tergo facta talis est: ‚Den ersamen — — andachtigen'. Interius vero earundem litterarum imperialium talis est: ‚Liebin — — iare'. *4.* Quibus vero litteris imperialibus coram predictis dominis .. decano et .. capitulo ac testibus infrascriptis sonora et intelligibili voce ad intellectum lectis et promulgatis iidem domini .. decanus et .. capitulum suspiriosis gemitibus dolentes perintime ac metu vehementissimo, qui merito cadere potest in viros constantes, graviter perterriti, indignacionem imperialem diutius ferre non valentes, prefati domini Karoli .. imperatoris suorumque fautorum potenciam, quam evadere non posse dicebant, execrabiliter formidantes tamquam omni protectionis seu defensionis auxilio principaliter reverendi in Christo patris ac domini nostri domini Gerlaci archiepiscopi Magunt(ini), quem ipse dominus Karolus imperator asseruit eciam suas litteras renunciatorias consimiles sub sigillo suo pontificali magno sibi dedisse sigillatas[7]), penitus destituti atque desolati, de dampnis irrecuperabilibus ac destructione ecclesie Magunt(ine) necnon periculis corporum et rerum suarum verisimiliter timentes contra prefatas litteras imperiales se[c]) iuris racione vel auxilio defendere non audebant nec audent quovismodo, publice et expresse fuerunt et sunt coram me protestati omnes et singuli suo ac totius capituli prefate ecclesie nomine ac pro ipsa ecclesia Mag(untina) suisque .. successoribus universis, scilicet quod, si ipsos dominos aliquas litteras renunciatorias seu quitatorias super resignacione prescriptorum castrorum, opidorum ac villarum omniumque iurium et pertinenciarum suarum prefato domino .. imperatori seu cuicumque alteri eius nomine, prout ipse dominus .. imperator ab eisdem dominis .. decano et .. capitulo vi imperiali nititur extorquere, sub sigillo sui capituli quocumque modo dare contigerit sigillatas publice vel occulte, quod tamquam metu legitimo compulsi ad hoc, permaxime eciam propter gravissima dampna irrecuperabilia, ymo tocius ecclesie Magunt(ine) destructionem ac corporum atque rerum suarum pericula notoria in prompto imminencia precavenda teste ipsis summo deo in suas consciencias ac per iuramenta sua dicte ecclesie Magunt(ine) prestita verissime approbando dicebant et protestati sunt expresse se super recusacione dictarum litterarum quitatoriarum per dictum dominum .. imperatorem ab eis petitarum ac vi imperiali, ut predicitur, extorquendarum opponere vel ips<o>‹i› domino imperatori in hiis contradicere non audere ulla racione. *5.* Volentes tamen et protestantes publice et expresse ut supra nomine, quod huiusmodi littere renunciatorie seu quitatorie per ipsos memorato domino imperatori seu cuicumque alteri ipsius nomine sub sigillo .. capituli sui tradite seu in futurum tradende, cuiuscumque eciam tenoris fuerint, ipsis dominis et eorum .. successoribus universis atque ipse ecclesie Magunt(ine) in omni iure, quod habent in prescriptis castris, municionibus, oppidis et villis ac eorundem pertinenciis et iuribus quibuscumque, in aliquo non

preiudicent seu iudicare vel obesse valeant quovismodo, sed quod ipsis dominis et eorum .. successoribus semper salvum sit ius repetendi castra, opida et villas huiusmodi cum omnibus suis iuribus et pertinenciis loco et tempore congruis et oportunis, requisiverunt cum instancia me notarium publicum, ut super hiis omnibus premissis eis, si necesse foret, unum vel plura conficerem publica instrumenta.

Acta sunt hec premissa anno, indictione, mense, die, hora, loco et pontificatu premissis presentibus honestis et discretis viris dominis Gebehardo et Dylone de Lymppurg, Heinrico de Roda et Reynhardo vicariis ecclesie Magunt(ine) prelibate pro testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Et ego Petrus quondam Hennici[a]) dicti Grozheinczen de Ocdirnhein[a]) clericus Magunt(ine) dyocesis publicus imperiali auctore[a]) notarius, quia premissis protestacioni, litterarum imperialium lecture ac aliis omnibus prescriptis, dum agerentur et fierent, una cum prenotatis testibus presens interfui, ea sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, manu propria conscripsi signoque meo solito et consueto signavi requisitus et rogatus in evidens testimonium veritatis premissorum.

a) *so.* + b) *ursprünglich* dec. Rod. + c) *vor* se *scheint eine kausale Konjunktion ausgefallen zu sein.*

1) *vgl. Const. V nr. 204 f. (dazu 206, 220), 759.* ∞ 2) *unbekannt, wohl Vorlage für Nr. 998.* ∞ 3) *Nr. 998.* ∞ 4) *Nr. 993.* ∞ 5) *Nr. 995.* ∞ 6) *Nr. 997.* ∞ 7) *Vigener I nr. 441.*

1000. *[1357] August 23.*

Heinrich Geiling, Vitztum zu Aschaffenburg meldet dem Jurger von Sulzbach den Abschluss eines von ihm vermittelten Friedens mit einem von Sulzbach und die Abrede einer in Seligenstadt zu haltenden Tagung.

Orig. auf Papier (offen, aufgezogen und darum ohne erkennbare Spur des rückwärtigen Siegels) in Frankfurt, Reichssachen Nachtr. nr. 4; vgl. Grotefend-Jung II 138. — Der Aussteller wurde Vitztum am 14. Oktober 1354 und wird als solcher noch am 15. April 1360 genannt (Vogts Apparat der Mainzer Regesten nach 3.—5. Ingrossaturbuch in Würzburg), während sein Nachfolger Eberhard von Fechenbach zuerst am 24. Mai 1361 erscheint (Reimer III nr. 383). Während der für die Datierung demnach in Betracht kommenden Jahre 1355—1360 ist nur einmal, 1357, die Bartholomäusvigilie und deren Oktave ein Mittwoch.

Mime libin sweher hern Iurger von Solczbach enbyden ich myn dinst fleizlich und waz ich gudes vermag. Wizzet, libir herre, daz ich Hartmůden min swager gesprochen han uwer sůn um ein fryde zů halden geyn den von Solczbach. Des enwolde er keinen fryde mit yn halden, danne daz ich für yn sprechen můst und sprechen für yn eyn fryde zu halden und der fryde gee noch hůt an und werre bis nů sůndage nest komet ubir aht dage und den dag allen on allerley geverde. Aůch daz wir noch hut ubir aht dage ein gůtlichen dag leisten zu Selygenstat <dat[a])>; den dag sal man leisten uff dye nesten mytwochen noch sancte Bartolomees abent in dem undirn.

Datum ipsa in fygilia Bartolomey <ip> undir myme ingesygel uff den rûk gedrûcket.

Von mir Heinrich Geiling viczdum zu Asch(affenburg).

a) *?*.

1001. *[1354?—1357] Oktober 23.*

Bischof Salmann von Worms bittet Erzbischof Gerlach von Mainz um Beistand gegen den Wormser Kantor Nikolaus.

Orig. (auf Papier, 1 mal längs und 2 mal quer gefaltet gewesen, mit doppelten Siegelschnitten und Resten des zum Verschluss aufgedrückten grünen Siegels) in München, Mainz Nachtr. I Fasz. 53. — Schon 1351 hat die päpstliche Kammer eine Commissio gegen das vom Wormser Kantor und dem Abt von Schönau erlassene Sequester der Wormser Bischofsgüter vorgenommen (Sauerland III nr. 973). Wurde damals Erzbischof Baldewin mit der Sache betraut, so erscheint nun Gerlach damit befasst; offenbar ist er also im Vollbesitz des Erzbistums zu denken. Da Salmann, der im Frühjahr 1359 starb, am 23. Oktober 1358 wegen Altersschwäche einen Koadjutor erhielt (Vigener I nr. 1080), kann der Brief um diese Zeit kaum mehr geschrieben sein. Wahrscheinlich stammt er aus den Jahren 1355 oder 1356 (vgl. die Erwähnung der Wormser Händel in Nr. 963 c. 3).

Reverendissime pater et domine mi! Devoti vestri humili recommendacione premissa. *1.* Scit paternitas vestra, quomodo Wormacienses ab antiquo fuerint rebelles et infideles. Et propterea ego meaque ecclesia suffraganea vestram[a]) multa propter maliciam temporum fuimus passi et patimur. Et propter hoc s[e]d[e]s apostolica processit et fecit contra ipsos, quidquid potuit, eciam proprio motu et ex officio propter iniurias eidem sedi eciam factas et, cum non posset ultra facere, invocavit brachium seculare, prout sunt publica et notoria. Et processus super hoc factos vobis ad requisicionem paternitatis vestre per dominum Rodegerum clericum vestrum pro vestri informacione transmisimus et, cum schultetus et schabini in Lorchyn sint requisiti per dictos processus, ut capiant bona et personam Nycolai de Appenheym, qui se de facto gerit pro cantore Wormac(iensi) et plebano in Lorchyn, qui est caput omnium rebellionum et propter hoc et alios excessus suos fuit et est <spoliatus> diversis penis et sentenciis involutus, qui responderunt, quod circa hoc, quidquid paternitas vestra eis mandabit, facient. *2.* Quare supplico paternitati vestre, quatinus michi et ecclesie mee suffraganee vestre, prout fecerunt precessores vestri, succurrere et adiuvare velitis, quo[a]) sine auxilio vestro resurgere non potest, quatinus ob reverenciam dei et sedis apostolice, cuius auctoritate fuistis et estis rogatus et requisitus, mandare dignemini, quod predicta capiantur et arrestentur et alia fient, prout per predictos processus precipitur et mandatur, et tam diu deteneantur predicta, donec per paternitatem vestram de consilio clericorum vestrorum fuerit discussum et ordinatum, quid de iure sit faciendum supra premissis et aliis. *3.* Gerkino latori presencium fidem ex parte mei adhibeatis et voluntatem vestram michi remandetis.

Datum ipsa die beati Severini episcopi.

Ex parte Salmanni episcopi Wormac(iensis).

Rückwärts: Reverendissimo in Christo patri ac domino domino suo .. Gerlaco archiepiscopo Mogunt(ino).

a) *so*.

1002. *Avignon 1357 November 21.*

Papst Innozenz VI. an Iohannes Henrici Barbitonsoris *Stiftsherrn von St. Kastor in Koblenz: bestätigt die ihm von* Iacobus *Dekan von St. Florin daselbst zuteil gewordene Verleihung einer Stiftspfründe zu St. Kastor, nachdem* Rodulphus dictus Losse *dieselbe und Johannes die St. Michaelskapelle auf dem Friedhof der Pfarrkirche von Andernach (*-acensis*) dem vom Trierer Erzbischof damit beauftragten Jakob aufgelassen haben. — Aus vatikan. Register: Sauerland IV nr. 458 Reg.*

1003. *Avignon [1358] Februar 10.*

Der Mainzer Domdekan Rudolf bittet das Domkapitel von Mainz auf den Rat des Kardinals von Toulouse, zur Bekämpfung ihres Gegners „Ofenstock" den Johannes von Châtelet schleunigst als Domherrn aufzunehmen und sein Prokuratorium an die Kurie schicken zu lassen, sich aber um die Machenschaften des Bischofs von Worms nicht zu sorgen.

Orig. (auf Papier, 2 mal quer gefaltet, rückwärts mit Resten des aufgedrückten roten runden Siegels von 3,5 cm Durchmesser) in München, Mainz Fasz. 482 = St. Alban Fasz. 31. — Die merkwürdigen Briefe Nrr. 1003 f., 1007 f., die ich, wie auch die zugehörige Nr. 1011 zunächst J. Schwalm verdanke, rühren zwar nicht von Losse, aber alle von gleicher Hand her (anders die gleichzeitige Nr. 1008). Sie müssen noch dem 6. Jahrzehnt angehören, da unter dem oft genannten Wormser Bischof nur Salmann verstanden sein kann, der 1360 starb, nachdem er schon 1359 einen Koadjutor erhalten hatte. Die in Nr. 1003 erwähnten Kardinäle Uticensis *und* Tholosanus *sind* Elias de s. Eredio, *der im Dezember 1356 und* Raimundus de Canhiliaco, *der 1350 Kardinal wurde (Eubel I² 19 nrr. 19, 2). Anfang 1359 war Losse wohl in Mainz (vgl. Nrr. 1014 f., 1019), im Februar 1357 in Trier (Nr. 986); im Februar und März 1358 ist er nachweislich nicht in Mainz gewesen: Verträge des Domkapitels vom 15. Februar, 12. und 26. März, 4. April, 5. Mai (vgl. Vigener I nrr. 970, 983, Nova Nr. 941, Baur III nr. 1308) wurden nicht von ihm sondern dem Domscholaster abgeschlossen. Tatsächlich hat im Einklang mit den Angaben unserer Briefe Erzbischof Gerlach am 20. März 1358 auf Bitten des Domkapitels für Johann von Châtelet Kleriker Tuller Diözese, dem, wie er erfahren, die vakante Priester-Pfründe des Franciscus de Synibaldis (so ist zu lesen) vom Papste übertragen sei, einen Dispens veranlasst (Vigener I nr. 982); Johann erscheint noch 1360 im Besitze einer Priesterpfründe (Würdtwein Subsidia XII 117). Der von L. im Namen des Domkapitels bekämpfte „Ofenstock" dürfte der Gerhard Alberti von Lübbecke der Nr. 1005 sein; und in diesem Entwurf wird man den nach Nr. 1008 c. 1 und Nr. 1009 c. 2 von „Ofenstock" angestellten päpstlichen Prozess zu sehen haben.*

Domini et amici dilectissimi! *1.* Receptis per me vestris litteris[1]) per S(yfridum)[2]) Sydenvadem die VI. huius mensis februarii michi presentatis accessi die tertia[3]) cum tranquillitate dominum Tholosanum cardinalem referens sibi, in quantum licuit, quod Iohannes de Castelleto, quem credebam in pestilencia vel al(ias) ab hoc medio vocatum, apud vos fuerit et est. Ipse dominus gaudebat asserens, quod ille Ovenstak sibi illuserit et eum deceperit asserendo se eius ordinacioni stare velle et postmodum contra hec veniens ipsum cardinalem eciam accedere recusabat eius alloquia evitando. *2.* Unde consuluit ipse cardinalis expressis verbis, quod visis per nos litteris pretacti Iohannis[4]) statim sine omni protestacione, ne ficticium videatur, meo et vestro nomine ipsum recipiatis et eciam admittatis, gracie et litteris obediendo eiusdem, et eo recepto, si non vult aut si non potest statim personaliter huc venire, tunc statim mittat huc unum

sufficiens procuratorium, in quo tamen nullum de nostris set suos aut alios bonos viros nobis non ingratos poni faciatis. *3.* Set si propter expens(is) mittere recusaverit, vos ipsum procuratorium una cum litteris et processibus suis michi mittatis pro ipso et impetrabimus eius nomine auditorem. Quo facto clarissime apparebit nos et capitulum cunctasque nostre ecclesie personas per Ovenstak esse gravatos et molestatos inique et aut per proposicionem in consistorio publico aut per informacionem domino nostro pape in camera faciendam retractacionem omnium sentenciarum honorabilem et absolucionem saltem ad cautelam poterimus obtinere, qua obtenta nos quinimo et quelibet persona nostre ecclesie ipsum Ovenstak super iniuriis, dampnis et gravaminibus poterit impetere, citare et multipliciter, sicut nos fecerat, tribulare. *4.* Et licet de quibusdam aliis viis cogitatum et deliberatum fuerit et ego ab hoc iam de mea realit(er) iam exposuerim XL Flor(enos) et ultra, tamen hec via est solempnior et prestantior nobisque sufficientior ad excludendum molestatorem iniquum. Et ex hac via is, qui multa recusaverat, nedum de nostro nichil habebit, ymmo ab eo tamquam male merito id, quod habet, ubilibet auferetur, sicut bene scio deducere et luculencius declarare. *5.* Set multum displicet, quod talia, quorum copiam nobis misistis, sibi, ‹scilicet Iohanni›, sub capituli sigillo[4]) dedistis, quia nimis expresse contra nos ipsos et in multis articulis et etiam contra dictum Iohannem pro Ovenstak expressistis; et melius fuisset ea silencio fuisse commissa nec scripta. Unde quoquomodo poteritis, intendatis ad hoc, quod huiusmodi scripta rehabeatis omnino; ego etiam, ut ab eo, si venerit aut miserit, habere et recuperare valeam cum effectu, intendam. *6.* Item dixi eidem domino cardinali, quod dominus cardinalis Uticensis, quem episcopus Wormacien(sis) contra nos pro iudice impetraverat, causam ipsam et totum negocium tamquam valens dominus sinistras informaciones et verba Wormacien(sis) predicti ad nostram informacionem non advertens remisit ad vicecancellariam et quod dubitarem, ne causa alteri, qui tamquam incautus aut iuris ignarus et per dictum Wormacien(sem) illectus et deceptus contra nos ad aggravaciones aliquas properaret. Qui dominus Tolosanus cardinalis subridens asseruit: ‚Si fatuisabit, nichil ad nos, set remedium curabimus adhibere'. Quare, si aliqua contraria vobis dicta vel scripta fuerint, non moveamini nec credatis, quia in quantum deo placuerit, quibuslibet contrarietatibus congrua remedia adhibebo et adhibui. Nec hoc latet adversarios. Quare se cohibent et de facili nil attemptant. Ex hac et ex alia littera mea, quam cum aliis vobis scribo[4]), singula congnoscere poteritis evidenter.

Dat(um) Avinion(e) die decima februarii.

Rodolfus decanus Maguntin(us).

Rückwärts: Honorabilibus viris dominis scolastico et capitulo ecclesie Maguntin(e) amicis karissimis.

1) *verloren.* ∞ 2) *Domvikar 1355 (vgl. Vigener I nr. 383), Stiftsherr von St. Maria ad Gradus 1364 Januar 7 (Orig. in Mainz, Stadtarch. nr. 335).* ∞ 3) *Februar 8.* ∞ 4) *bisher unbekannt.*

1004. *Avignon [1358 Februar 19].*

Derselbe bittet dasselbe wiederholt, das Prokuratorium für Johann von Châtelet zu schicken und in der Sache gegen Bischof Salmann von Worms nicht zu verzagen.

Orig. (auf Papier mit Wasserzeichen „Axt", ähnlich wie Briquet nr. 7511, vgl. nrr. 7504, 7508, 7510, 7512, 1 mal längs und 2 mal quer gefaltet, mit doppelten Verschlussschnitten und Spuren des rückseitigen roten Siegels) in Mainz, Schuncks Papiere. — Vgl. Nr. 1003 Vorbemerkung.

